DISSERTATIO
INAUGURALIS

W. VAN DE HAGT.

DE URBE AGRIGENTINORUM QUAE INNOTUERUNT.

DE URBE AGRIGENTINORUM QUAE INNOTUERUNT.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

W. L. P. A. MOLENGRAAFF

JUR. DOCT. ET IN FAC. JUR. PROF.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA
HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

WILLEM VAN DE HAGT

EX OPPIDO GENEMUIDEN

DIE MARTIS XXXI MARTII A. MDCCCCIII, HORA IV.

ROTERODAMI
APUD C. A. TERNEDEN
MDCCCCIII.

Viro clarissimo Krämer, promotori aestumatissimo, pro institutione et benevolentia quam cum antea tum praecipue in hac dissertatione conscribenda sibi praestitit gratias agit quam maximas

DISSERTATIONIS AUCTOR.

Ex operibus subterraneis [1]) in oppido cui hodie est nomen Girgenti repertis, quae nec Phoenicibus nec Graecis attribuere licet, apparet iam antiquissimis temporibus locum, quo colonia, cuius fata hoc opusculum enarrare conatur, deducta est, homines incoluisse. Eos Sicanos fuisse e verbis Stephani Byzantini s. v. *Σικανία* scribentis: *Σικανία ἡ περίχωρος Ἀκραγαντίνων* effici potest; verisimillimum enim reddunt Stephani verba Sicanos in parte insulae, Agrigentinis finitima, praecipuas habuisse sedes, quo factum esse videtur ut ea pars insulae *κατ' ἐξοχὴν* „*Σικανία*" nominaretur. Necnon ipsa loci natura verisimile reddit Sicanos ibi sedes collocasse. Est enim locus quo colonia nostra est deducta, secundum Schubringium [2]) „ein auf allen Seiten von schroffen Felsabhängen umgürtetes Plateau", imprimisque ea pars collis in qua arx erat Agrigenti, hodie autem est situm oppidum „Girgenti", talis erat locus qualem ad sedes collocandas Sicani eligere solebant [3]). Inter omnes has ob causas constat Sicanos pro antiquissimis collis Agrigentini incolis esse habendos. Nec tamen nomen illud ad quaestionem solvendam sufficit. Magna enim cum inter veteres tum inter recentioris temporis scriptores est dissensio de Sicanorum origine, unde quandoque (fac eos advenas fuisse, quod nonnulli negant) in insulam venerint, unde nomen traxerint [4]). Quaestiones ad Sicanos pertinentes

---

1) Schubring.: Hist. Topogr. v. Akr. p. 11. Serra di Falco: Le Antichità della Sicilia esposte ed illustrate III, 29—31. Dennis: A Handbook for Travellers in Sicily, p. 199.

2) Schubring. o. l. p 7.

3) Diod. Sic. V, 6: *οἱ δ' οὖν Σικανοὶ τὸ παλαιὸν κωμηδὸν ᾤκουν, ἐπὶ τῶν ὀχυρωτάτων λόφων τὰς πόλεις κατασκευάζοντες.*

4) Thucyd. IV, 2. Diod. Sic. V, 6, 1. Dionys. Halic I, 22. Philisti fr. 3 (Muller). Schol. ad Odyss. XXI, 306. Strabo VI, 2, 4. Diod. Sic. V, 2. Paus. V, 25, 3. Vergilii Aen. VII, 795; XI, 817; VIII, 328. Sil. Ital. XI, 34. Etym. Magn. s. v. *Σικελός*. Niebuhr: Röm. Gesch. 1, 176. Freeman: A History of Sicily App. ad vol. I.

tractare non est huius loci. Probanda videtur sententia Freemani [1]), qui eos Iberos vel eiusdem stirpis ac Iberos fuisse opinatur, qua ex parte autem terrarum, quando, quas ob causas in Siciliam venerint statui posse negat.

Quodnam nomen oppido Sicanorum in summo colle ante Graecorum adventum sito fuerit, prorsus ignoramus. Inter pauca Sicanorum oppidorum nomina, quae ad nos pervenerunt, duo sunt quorum alterum Cluverus paucique alii, alterum Pancrazius, quem multi secuti sunt, oppidi Sicanorum, de quo agitur, nomen fuisse perhibebant. *Omphacen* [2]) pro Sicanorum oppido ante Graecorum adventum in colle Agrigentino sito esse habendam Cluveri [3]) erat opinio, quae cum nullo argumento nitatur, paucos tantum habuit fautores, hodieque ab omnibus reicitur [4]). Sententiae Pancrazii [5]), qui *Camicum* [6]) nomen Sicanorum in colle Agrigentino oppidi fuisse opinabatur, complures viri docti se addixerunt [7]), idque potissimum duobus freti locis, quorum alter est Herodoteus, alter apud Diodorum Siculum legitur. Apud Herodotum enim haec scripta videmus [8]): λέγεται γὰρ Μίνων κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλευμένην ἀποθανεῖν βιαίῳ θανάτῳ ἀνὰ δὲ χρόνον Κρῆτας θεοῦ σφι ἐποτρύναντος πάντας πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισίων, ἀπικομένους στόλῳ μεγάλῳ ἐς Σικανίην πολιορκέειν ἐπ' ἔτεα πέντε πόλιν Καμικόν, τὴν κατ' ἐμὲ Ἀκραγαντῖνοι νέμονται.

Locus Diodori Siculi est in libro IV, 78: Daedalus Minoa effugiens cum in Siciliam venisset ibique a Cocalo [9]), Sicanorum rege, benigne esset exceptus παρὰ τοῖς Σικανοῖς διέτριψε πλείω χρόνον θαυμαζόμενος ἐν τῇ κατὰ τὴν τέχνην ὑπερβολῇ. Pergit

---

1) Freeman: o. l. I, p. 99, sqq.
2) Paus. VIII, 46, 2; IX, 40, 4; Steph. Byz. s. v.
3) Cluver. Sic. Ant. p. 253—254.
4) Holm. Gesch Sic. im Alterthum I, p. 60. Siefert: Akragas und sein Gebiet p. 57. Schubring.: op. l. p. 18.
5) Pancrazi: Antich. Sic. I, 2, 1, p. 4, 24.
6) Steph. Byz. s. v. et s. v. Αἰμονία. Strabo VI, 2, 6; Diod. Sic. IV, 78.
7) Houel, Bartels, Mannert, Erfurdt, Serra di Falco, Cavallari, Preller, alii.
8) Herod. VII, 170.
9) Diod. Sic. IV, 76 sqq. Paus. VII, 9, 6. Inycum Cocali appellat regiam.

Diodorus: *Κατεσκεύασε δ' ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ τινὰ τῶν ἔργων ἃ μέχρι τοῦ νῦν διαμένει.... Κατὰ δὲ τὴν νῦν Ἀκραγαντίνην ἐν τῷ Καμικῷ καλουμένῳ πόλιν ἐπὶ πέτρας οὖσαν πασῶν ὀχυρωτάτην κατεσκεύασε καὶ παντελῶς ἐκ βίας ἀνάλωτον. στενὴν γὰρ καὶ σκολιὰν τὴν ἀνάβασιν αὐτῆς φιλοτεχνήσας ἐποίησε δύνασθαι διὰ τριῶν ἢ τεττάρων ἀνθρώπων φυλάττεσθαι. Διόπερ ὁ Κώκαλος ἐν αὐτῇ ποιήσας τὰ βασίλεια καὶ τὰ χρήματα κατατιθέμενος ἀνάλωτον ἔσχεν αὐτὴν διὰ τὴν ἐπίνοιαν τοῦ τεχνίτου.*

Hanc descriptionem Cocali regiae qui cum Polybii [1]) descriptione arcis Agrigentinae, quae ut Siefertii [2]) utar verbis „noch jetzt einer alten so steilen und engen Eingang (besitzt), dass einige Menschen ihn füglich vertheidigen konnten", contulerit, non mirabitur multos fuisse qui opinionem Prancrazii secuti sint, cuius coniecturam praeter verba Herodoti et Diodori, supra allata, ea fulcire videbantur quae Diodorus de Minois sepulcro Theronis aetate Agrigenti reperto, narrat [3]). Praeterea opera illa subterranea in parte orientali oppidi Girgenti reperta, nonnullis pro Daedali operibus esse habenda videbantur. Pancrazii tamen sententia falsa est. A Siefertio [4]) enim, Schubringio [5]), aliis [6]), multa eaque firma sunt allata argumenta, quibus luculenter apparet Cocali regiam non sitam fuisse in colle Agrigentino. Diodori enim verba *κατὰ δὲ τὴν νῦν Ἀκραγαντίνην* non ita sunt explicanda ut *ἡ Ἀκραγαντίνη* sit *urbs*, sed ita ut sit *territorium* [7]) Agrigentinorum; supplenda non est vox *„πόλιν"*, ut vult Pancrazius, sed *„χώραν"*. Verbis Herodoti,

---

1) Polyb. IX, 27: *ἡ δ' ἄκρα τῆς πόλεως ὑπερκεῖται κατ' αὐτὰς τὰς θερινὰς ἀνατολάς. κατὰ μὲν τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν ἀπροςίτῳ φάραγγι περιεχομένη κατὰ δὲ τὴν ἔντος μίαν ἔχουσα πρόςοδον ἐκ τῆς πόλεως.*

2) Siefert. o. l. p. 17.

3) Diod. Sic. IV, 79; Siefert. o. l. p. 17—18.

4) Siefert. o. l. p. 17—18.

5) Schubring. o. l. p. 18; Zeitschr. für allgem. Erdk. 1865, p. 138.

6) Holm. o. l. I, p. 59.

7) Semper *ἡ Ἀκραγαντίνη* est territorium Agrigentinorum, cf. Diod. Sic. IV, 79; *κατῆρε τῆς Ἀκραγαντίνης εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου Μινῴαν καλουμένην*, „wo weder der Zeit noch dem Zusammenhange nach von einer *Stadt* die Rede sein kann". (Siefert. o. l. p. 17).

collatis verbis Diodori [1]: οἱ τὴν Ἀκραγαντίνην νεμόμενοι τὸν ἐξ Λιβύης ἀντιφορτιζόμενοι πλοῦτον οὐσίας ἀπίστους ἐκέκτηντο, ullam vim argumentalem inesse negat Siefertius [2]; vertit hic Herodoti verba: „welche zu meiner Zeit die Akragantiner inne haben", additque; „d. h. sie war Theil ihres *Gebietes*".

Luculentius Pancrazium errasse apparet ex hisce:

1°. Capys enim et Hippocrates cum a Therone profligati essent *Camicum* profugerunt [3]; Agrigentum cum Theronis dicioni esset obnoxium Camicum partem Agrigenti non fuisse constat.

2°. Strabo [4]), cuius aetate Agrigentum urbs erat non parvi momenti scribit: . . . καὶ τῶν βαρβάρων δ' ἐξελείφθησαν πολλαὶ (sc.: πόλεις) καθάπερ οἱ Καμικοί.

3°. Apud Stephanum Byzantinum s. v. Ἀκράγαντες haec scripta videmus: Ἀκράγαντες πόλεις πέντε. Σικελίας ἀπὸ ποταμοῦ παραῤῥέοντος. Φησὶ γὰρ Δοῦρις ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται, Συρακούσας, Γέλαν . . . καὶ Καμικόν. Agrigentum inter duos erat situm amniculos, quorum alteri erat nomen Ἀκράγας, alteri Ὕψας. Alterutri unquam nomen fuisse „Camicum" [5]) cum nihil sit cur credamus, pro certo affirmare licet Camicum fluvium Agrigentinorum urbem non praeterfluxisse; sequitur ut Cocali regia Camicus quam a Camico fluvio nomen traxisse narrat Duris, in Agrigentino colle non fuerit sita.

4°. Diodorus Siculus [6]) inter urbes a Romanis, primo bello Punico, *Agrigento iam expugnato*, captas, Camicum, φρούριον Ἀκραγαντίνων, memorat.

Nonnulli [7]) quamquam firma haec argumenta esse non negant, tamen in sententia sua permanent urbemque a Daedalo exstruc-

1) Diod. Sic. XIII, 81.

2) Siefert. o. l. p. 18.

3) Schol. ad Pind. Carm. Pyth. VI, 4; ad Carm. Ol. II, 173 (ed. Heyne).

4) Strab. VI, 2, 6.

5) Erfurdt: De monumentis Agrigent. p. 18 . . . ut totam urbem quam duo amniculi Hypsas *Camicusque* interfluunt, ingentia atque continua munimenta et propugnacula sepsisse videantur".

6) Diod. Sic. XXIII, 9.

7) Raoul-Rochette: Journ. des Sav. 1838, p. 226.

tam sitam fuisse in colle Agrigentino, perhibent. Ne sibi non constent, *duas* urbes nomine Camico extitisse contendunt. Mera haec coniectura, quae cum nullo nitatur argumento, iure ab Holmio reicitur [1]).

Nihil igitur de antiquissimorum Siciliae incolarum oppido, ante Agrigentum conditum colli Agrigentino imposito, nobis innotuit, ipsum etiam nomen latet. Quare praestat statim ad Graecorum coloniae historiam transire.

Primum videamus quo tempore quasque ob causas Graeci Agrigentum condiderint.

Quaestio quo tempore Agrigentinorum urbs condita sit arcte cohaeret cum quaestione quo tempore sint conditae Syracusae. Syracusanorum urbis fundamenta iacta esse Ol. 11. 3. aut Ol. 11. 4. apud Eusebium legimus, qui in hoc definiendo anno et cum Thucydide et, quod maximi est momenti, cum Pindaro, hac in re teste gravi, consentit. Agrigentum enim, ut apparet e Pindari Carmine Ol. II. 168, quod carmen poeta composuit anno 476° a Chr. n., anno 476° centum fere [2]) steterat annos. Scribit poeta l. l.:

αὐδάσομαι ἐνόρκιον λόγον ἀλαθεῖ νόῳ
τεκεῖν μή τιν' ἑκατόν γε ἐτέων πόλιν
φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
εὐεργέταν πραπίσιν ἀφθονέστερόν τε χέρα
Θήρωνος.

Thucydide [3]) auctore *ἔτεσι δ' ἐγγύτατα ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν*

1) Holm. o. l. I, p. 60: Aber auch zu dieser Annahme liegt nicht die geringste Veranlassung vor, denn der Umstand, dass die locale Tradition in Girgenti seit geraumer Zeit diesen Theil (arcem) des alten Akragas für Kamikos erklärt, beweist nur, dass diese zuerst von einem Gelehrten (Prancrazi) aufgestellte Ansicht allmählig populär geworden ist. Es muss dabei bleiben dass Kamikos nicht das jetzige Girgenti war.

2) Moquette: Historia Syracusarum usque ad Gelonem p. 11: Poeta illud carmen composuit Ol. LXXVI, 1; eiusque verba si cum choliasta ad amussim redigere velimus, Agrigentum conditum erit circa Ol. L, vel Ol. LI; sed hoc quippe in poeta, procul dubio non licere, facile Clintono et Fischero concedimus.

3) Thucyd. VI, 4.

μετὰ τὴν σφετέραν οἴκισιν Γελῷοι Ἀκράγαντα ᾤκισαν. Ipsam Gelam conditam esse narrat Thucydides: *ἔτει πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ Συρακουσῶν οἴκισιν.* Agrigentum igitur, secundum Thucydidem, conditum est 153 fere annis post Syracusas conditas, i. e. adhibita chronologia Eusebiana anno 581° aut 580° a. Chr. n., quocum optime quadrant verba Pindari. Pindaro, Thucydide, Eusebio inter se de tempore quo sint conditae Syracusae consentientibus, non est cur Marmori Pario, quod praebet annum 757um [1]), fidem tribuamus. Immo, illorum virorum consensio satis probare videtur in hac quidem re prae Marmoris Parii Eusebianae chronologiae praestantiam. Agrigentum igitur conditum est anno 581° aut 580°.

Quae causae Graecos ut novam in litus Siciliae meridionale deducerent coloniam impulerunt, in propatulo sunt.

Paucae enim adhuc a Graecis in hoc litus erant deductae coloniae: Camarina, Gela, Selinus. Gela cum a Selinuntiorum urbe longo spatio distaret neque ulla inter has urbes Graeca esset colonia, litoris meridionalis parva tantum pars Graecorum potestati erat subiecta. Quod litus ut totum suae facerent dicionis, in locum, ab utraque urbe aequo fere spatio distantem, novam Graeci deduxerunt coloniam, Agrigentum, id simul sequentes ut Selinuntiis, qui a barbaris insulae incolis saepius lacesserentur, celerius, si opus esset, quam antea subvenire possent [2]).

Qui novam deduxerunt coloniam erant Gelenses [3]), quorum urbs cum ipsa esset colonia Rhodiorum et Cretensium [4]), factum esse videtur ut etiam Agrigentum nonnunquam Rhodiorum colonia diceretur [5]), quod vero eo facilius fieri potuit, cum inter colonos a Gelensibus emissos multos fuisse Rhodios verisimilli-

---

1) Müller: Fragm. Hist. Graec. I, p. 378—379.

2) Schubring. o. l. p. 14; Freeman o. l. I, p. 431, 440; Holm. o. l. I, p. 138; Gsell Fels.: Unter. Ital. und Sizil. p. 755.

3) Thucyd. VI, 4; Schol. ad Pind. Carm. Ol. II, 16.

4) Herod. VII, 153; Thucyd. VI, 4; Etym. Magn. s. v. Γέλα.

5) Polyb. IX, 27; Apud Strabonem (VI, 2, 5) pro „Ἀκράγας δ' Ἰώνων οὖσα" legendum est „Ἀκρ. δὲ Γελῴων οὖσα". Holm. o. l. I, p. 395; Freeman o. l. I, p. 431.

mum sit [1]). Colonorum duces erant duo, Aristonous et Pystilus [2]). Rhodios eos fuisse Freemanus [3]) effici posse putat e verbis Thucydidis: *Γελῷοι Ἀκράγαντα ᾤκισαν . . . οἰκιστὰς δὲ ποιήσαντες Ἀριστόνοον καὶ Πύστιλον νόμιμα δὲ τὰ Γελῴων δόντες.* Cum autem coloniae novas deducentes colonias *κτιστάς* e metropoli arcessere solerent et Gela colonia esset Rhodiorum et Cretensium probabilius est alterum *κτιστήν* fuisse Rhodium, alterum Cretensem.

De ipsa *κτίσει* nihil traditum invenimus. Sicanos cum Graecis bellum iniisse neque nisi vi et armis coactos iis cessisse pro certo habere licet. Sunt qui Pindari [4]) verba:

καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ
ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ,

ad bellum cum Sicanis gestum esse referenda putent. Dubium; iam scholiastae inter se dissentiunt. Procul dubio verbis *οἴκημα ποταμοῦ* Agrigentum significatur, non, ut vult scholiasta ad vs. 14 [5]), Sicilia nec, ut dicit Artemon in scholiis ad vs. 16 [6]), Gela. Sed quo spectant verba *καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ?* Secundum Schubringium [7]): „auf den Kampf mit den Sicanischen Barbaren, die dort angetroffen wurden". Latius mihi poetae verba patere videntur et recte scribit scholiasta [8]): *οὐ γὰρ λέγει ὁ Πίνδαρος ὅτι καμόντες τὴν Ἀκράγαντα ἔκτισαν ἀλλ' ὅτι καθόλου καμόντες πολλὰ τοῦ Θήρωνος οἱ πρόγονοι ἔσχον τὴν Ἀκράγαντα.* Dubium enim est Theronis maiores num inter colonos a Gelensibus emissos fuerint et erant qui, Agrigento iam condito eos in Siciliam migrasse contenderent, inter quos Pindarum fuisse auctor est scholiasta ad vs. 16. Scribit

1) Schubring. o. l. p. 18; Freeman o. l. I, p. 431; Siefert. o. l. p. 60; Etiam aliarum Rhodo vicinarum insularum incolas inter colonos fuisse verisimile est.

2) Thucyd. VI, 4.

3) Freeman o. l. I, p. 431: One might almost infer from the last words (Thuyd. VI, 4) that the founders were Rhodian, to say nothing of the universal custom.

4) Pind. Carm. Ol. II, 9.

5) Schol. ad vs. 14: *ἱερὸν οἴκημα ποταμοῦ λέγει τὴν Σικελίαν κτέ.*

6) Schol. ad vs. 16: *Ἀρτέμων δὲ, ὁ ἀπὸ Περγάμου, τὴν Γέλαν οἴεται δεῖν ἀκούειν.*

7) Schubring. o. l. p. 14.

8) Schol. ad Pind. Carm. Ol. II, 15.

scholiasta: Ἔνιοι δέ φασιν ὅτι τοῦ Θήρωνος οἱ πρόγονοι οὐδόλως εἰς τὴν Γέλαν κατῆραν ἀλλ' εὐθὺς εἰς τὴν Ἀκράγαντα ἀπὸ Ῥόδου, ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος λέγει. Ἂν δὲ Ῥόδον κατῴκισθεν, ἔνθ' ἀφορμαθέντες, ὑψηλὰν πόλιν ἀμφινέμονται, πλεῖστα μὲν δῶρ' ἀθανάτοισιν ἀνέχοντες. Quod si verum est, verba καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ κτἑ ad bellum cum Sicanis a Gelensibus gestum non esse referenda, nemo est qui non videt. Sed licet una cum colonis Gelensibus Gela sint profecti Theronis maiores, tamen Pindari verba, cum iam ante Agrigentum conditum multa animose tolerassent [1]) Θήρωνος πατέρες, in hac re nil probant.

Nihilosecius dubitari non potest quin Sicani cum Graecis advenis bellum inierint et omni virium contentione enisi sint ut oppidum suum a Graecis defenderent. Quod etsi frustra sunt conati et Graecis cedere sunt coacti, Sicanorum tamen oppidi expugnatio effecisse non videtur ut belli finis fieret, nam usque ad Phalaridis aetatem Agrigentinis cum Sicanis bella fuisse gerenda apparet ex iis quae Polyaenus de tyranni bellis cum priscis insulae incolis gestis narrat [2]).

Sicanis expulsis Graeci locum occupaverunt, cuius quae fuerit natura primum videamus. Notum est Polybii libri IX, cap. 27, ubi breviter de Agrigentinorum urbis situ agitur. Polybii verba haec sunt: ἡ δὲ τῶν Ἀκραγαντίνων πόλις οὐ μόνον κατὰ τὰ προειρημένα διαφέρει τῶν πλείστων πόλεων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ὀχυρότητα καὶ μάλιστα κατὰ τὸ κάλλος [3]) καὶ τὴν κατασκευήν. Ἔκτισται μὲν γὰρ ἀπὸ θαλάττης ἐν ὀκτωκαίδεκα σταδίοις, ὥστε μηδενὸς ἀμοίρους εἶναι τῶν ἐκ ταύτης χρησίμων. Ὁ δὲ περίβολος αὐτῆς καὶ φύσει καὶ κατασκευῇ διαφερόντως ἠσφάλισται. κεῖται γὰρ τὸ τεῖχος ἐπὶ πέτρας ἀκροτόμου καὶ περιρρῶγος, ᾗ μὲν αὐτοφυοῦς ᾗ δὲ χειροποιήτου, περιέχεται δὲ ποταμοῖς· ῥεῖ γὰρ αὐτῆς παρὰ μὲν τὴν νότιον πλευρὰν ὁ συνώνυμος τῇ πόλει, παρὰ δὲ τὴν ἐπὶ τὰς δύσεις καὶ τὸν λίβα τετραμμένην ὁ προσαγορευόμενος Ὕψας. Ἡ δ' ἄκρα τῆς πόλεως ὑπερκεῖται κατ' αὐτὰς τὰς θερινὰς ἀνατολάς,

1) Schol. ad Pind. Carm. Ol II, 15.

2) Schubring o. l. p. 14; Polyaen. V, 1, 3.

3) Pind. Carm. Pyth. XII, 1, — καλλίστα βροτεᾶν πολίων. — Freeman o. l. I, p. 433 . . . a city which still bears the name of „La Magnifica".

κατὰ μὲν τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν ἀπροσίτῳ φάραγγι περιεχομένη, κατὰ δὲ τὴν ἔντος μίαν ἔχουσα πρόσοδον ἐκ τῆς πόλεως.

Primum de fluviis [1]) quos Agrigentum praeterfluxisse scribit Polybius sermo sit. Facile qui tabulam geographicam inspexerit in amniculo cui hodie est nomen „Fiume di S. Biagio" Acraganta (ὁ συνώνυμος τῇ πόλει), in amniculo qui hodie „Fiume Drago" dicitur, Hypsam agnoscet. Nihilosecius diu inter viros doctos de fluviorum nominibus erat dissensio et lis, quam litem melior loci naturae cognitio diremit. Pancrazius enim [2]), qui, ut Schubringii [3]) utar verbis „als einheimischer Gelehrte nicht zu übergehen ist", „Fiume di S. Biagio" non dignum putat, qui ποταμός dicatur. Flumen illud rivulum hic auctor vocat montanum, quem antiquissimis temporibus extitisse negat; ortum esse hunc rivulum opinatur e fossis a Carthaginiensibus et a Romanis urbem oppugnantibus ductis; paucas enim aquae venas, inter „Girgenti" et „Favara" urbes confluentes, antiquissimis temporibus non ad meridiem sed ad occidentem versus fluxisse et urbem a septentrionibus praeterfluentes, in amniculum, cui hodie est nomen Drago, effluxisse. *Drago*, secundum Pancrazium, is est fluvius quem Polybius συνώνυμον τῇ πόλει dicit; errare Pancrazius arbitratur Polybium scribentem: ῥεῖ γὰρ αὐτῆς παρὰ μὲν τὴν ν ό τ ι ο ν πλευρὰν ὁ συνώνυμος τῇ πόλει.

Polybius autem cum diserte dicat Agrigentum inter duos situm fuisse fluvios, Acraganta et Hypsam, quaeritur quinam fluvius pro Hypsa sit habendus. Hypsas secundum Pancrazium is est amniculus cui hodie est nomen „Naro", quem, licet longe ab urbe absit, urbem praeterfluxisse probare Pancrazio videtur locus Plutarchi, qui legitur cap. 49 Vitae Dionis, ubi de neapoli quadam Agrigenti, quam usque ad hunc fluvium patuisse asseverat, agi existimabat. Agit Plutarchus cap. 49 Vitae Dionis de rebus anno 355° a. Chr. n. in Sicilia gestis, quo anno Syracusanorum tyrannus erat Dionysius II,

---

1) Sequor Schubringium, qui quaestionem de fluviis ad finem perduxit.
2) Pancrazi. Antich. Sic. I, 2, 2, p 25—44; Schubring. o. l. p. 2.
3) Schubring. o. l. p. 2.

sed nomine magis quam revera, nam ipse in Locride degebat et unam tantum partem Syracusarum, Ortygiam, quam Nypsius quidam pro eo tenebat, in sua potestate habebat. Alias urbis partes Dion occupabat, qui Nypsium obsidebat. Classis Syracusana, cui Dion praefecerat Heraclidem quendam qui clam Dionysii rebus favebat et per Pharacem Lacedaemonium cum Dionysio pacem fecerat, in portu Messanae in ancoris erat.

Pharax, quo anno gestae sunt res quas Plutarchus narrat, castra in finibus posuerat Agrigentinorum Dionique levem intulerat cladem. Commodum Dion pugnam erat instauraturus cum ei nuntius affertur Heraclidem ancoras sustulisse Syracusisque appropinquare, quo nuntio allato Dion quam maximis itineribus robur exercitus Syracusas reduxit, quo una nocte itinere 700 stadium confecto, pervenit. Plutarchi verba: *Φάρακος δὲ πρὸς Νέᾳ πόλει (Νεαπόλει) τῆς Ἀκραγαντίνης στρατοπεδεύοντος* Prancrazius eodem modo quo Diodori verba de quibus supra sermo erat, cum explicat in eundem incidit errorem. Non enim *ἡ Ἀκραγαντίνη* est urbs sed territorium Agrigentinorum et recte scribit Schubringius [1]): „Wäre hier von einer Neapolis von Akragas die Rede so dürfte der Artikel nicht fehlen und statt *τῆς Ἀκραγαντίνης*, welches nur das Gebiet von Akragas bezeichnet, würde es heissen *τοῦ Ἀκράγαντος*, wahrscheinlicher aber wäre dann überhaupt nur *πρὸς (τῷ) Ἀκράγαντι* gesagt." Cladem igitur non accepit Dion apud „neapoliu Agrigenti" ut contendit Pancrazius, sed apud oppidum quoddam, situm in Agrigentinorum finibus, cui nomen erat Nea vel Neapolis, quod oppidum 180 stadiis ab Agrigento afuisse probat Schubringius. Dioni enim Syracusas redire coacto iter erat conficiendum 700 stadium. Procul dubio via compendiaria Syracusas properavit; compendiaria ea erat via quae ferebat per regiones insulae mediterraneas, qua via Syracusae ab Agrigento 880 stadiis aberant [2]). Locum igitur ubi Pharax Dioni cladem intulit

---

1) Schubring. o. l. p. 3.

2) Schubring. o. l. p. 3 . . . die Stadt Akragas ist von Syrakus in direkter Linie entfernt 98 sicilianische Millien oder 784 Stadien; auf der kurzen Strasse

180 stadiis ab urbe afuisse constat, qua ex distantia apparet proelium non esse commissum apud „neapolin Agrigenti".

Nunquam neapolin Agrigenti extitisse manifestum est ex iis quae Schubringius o. l. p. 3 scribit, cuius verbis ipsis uti liceat. Scribit: „Die Stadt Akragas ist erst spät und mit reiflicher Ueberlegung und erfahrener Besonnenheit angelegt worden, die Terraingestaltung erfordert mit unumstösslicher Nothwendigkeit . . . dass die Stadt gleich Anfangs in dem Umfang gebaut werden musste, den sie später hatte, obwohl sie noch längst nicht überall bewohnt war, und es ist nicht anzunehmen, dass bei dem mächtigen Umfang, der anderthalb deutsche Meilen beträgt, bei der Kürze der Blüthezeit und den mehrfachen Zerstörungen das Bedürfniss einer „Neustadt" fühlbar geworden sei. Hören wir doch auch Nichts von einer Einnahme oder Plünderung der Neustadt bei den Belagerungen, was bei deren Charakter unumgänglich gewesen wäre; und noch viel deutlicher sagt Plutarch (Timol. 35), dass Timoleon nach der Schlacht am Krimissos die beiden Städte Gela und Akragas, welche durch die Karthager 406 zerstört waren, 338 neu gegründet habe... Darnach ist er klar, dass in dem Zeitraum von 406—338 selbst die Altstadt auf ein Minimum reducirt war; wie hätte es also 355 eine Neustadt geben sollen?", additque: „Endlich zeugt für unsere Ansicht auch der Mangel an Ruinen" [1]).

Quae cum ita sint naturaque loci prohibeat quominus fidem tribuamus Pancrazio asseveranti venas aquae ab urbe orientem solem versus confluentes, antiquissimis temporibus occasum versus fluxisse et in fluvium cui hodie nomen est Drago, influxisse [2]), pro certo habere licet duos fluvios inter

---

durchs Binnenland nach den Angaben des Antoninischen Itinerars 110 römische Meilen oder 880 Stadien, auf der Küstenstrasse gar 137 römische Meilen oder 1096 Stadiën.

1) Siefert. o. l. p. 21.

2) Schubring. o. l. p. 4: Auch mit der ersten Conjectur des Pancrazi, dass nämlich der Fluss S. Biagio einst im Norden von Akragas hinten um die Stadt herumgeflossen sei, steht es nicht besser. Nach der ganzen Bodengestaltung der nördlichen Umgebung unserer Stadt . . . ist es offenbar, dass höchstens durch das Thal Sallano zwischen Girgenti und der Serra Ferlicchio die nordöstlichen Wasser

quos Polybius Agrigentum situm fuisse scribit, eosdem esse quibus hodie collis Agrigentinus alluitur. Acragas igitur is est amniculus quem hodie vocant, „Fiume di S. Biagio", Hypsas hodie „Fiume Drago" dicitur. Ab urbe meridiem versus confluunt et nomine „Fiume di Girgenti" in mare effunduntur. Necminus reicienda est opinio Cluveri [1]), qui „Naronem" et „Fiume di S. Biagio" communem habuisse alveum aut per commune ostium in mare effluxisse putasse videtur. Scribit enim: „Akragas amnis is erit qui ad tria ferme milia passuum ab ortu urbem praeterfluens vulgo nunc accolis vocatur fiume di Girgenti et fiume di Santo Biagio, *item fiume di Naro*, quia ab huius nominis oppido profluit". Cluverus cum assentiatur Aretio [2]) scribenti: „duo fluvii ipso in exitu coniuncti, quibus antiqua urbs septa est, Draco unus, alter S. Blasii, qui ubi confluunt unus est Acragas", Siefertius Cluveri temporibus revera „Fiume di S. Biagio" et „Naronem" unum eundemque fuisse fluvium, verisimile ducit, sed addit: „Freilich kann nur eine genaue Untersuchung des Terrains, dessen eigne Anschauung dem Verfasser fehlt, die Sache ins Reine bringen". Falsam esse Cluveri opinionem docet ipsa loci natura, nam „keine Spur, keine Senkung, keine Thalbildung giebt uns einen Anhalt für eine derartige Vermuthung, *im Gegentheil schliesst die Hügelkette zwischen den Mündungen jeden Gedanken daran aus*" [3]).

Ab altero horum fluviorum urbem nomen traxisse legimus apud Thucydidem, Polybium, Aelianum, scholiastam ad Pindarum, Stephanum Byzantinum [4]). Quod si verum est — neque ulla

---

nach Westen in den Drago hätten geflossen sein können. Aber auch hier zeigen die Curven dass dieses Thal in seiner östlichen Hälfte in der Richtung von Osten nach Westen *aufsteigt* . . . Wenn wir also nicht ganz gewaltige Naturrevolutionen annehmen wollen, bei denen überhaupt alle Forschung aufhört, so müssen wir die physikalische Unmöglichkeit einer Vereinigung des oberen S. Biagio mit dem Drago an dem angegebenen Punkte constatiren.

1) Cluver. Sic. Ant. p. 250. Siefert o. l. p. 21.

2) Cl. Marii Aretii Siciliae chorographia accuratissima (Graevii Thes. I). Siefert. o. l. p. 22.

3) Schubring. o. l. p. 5.

4) Thucyd. VI, 4; Polyb. IX, 27; Aelian. V. H. II, 33; Schol. ad Pind Carm. Ol. II, 12, 14; Steph. Byz. s. v.

est causa cur auctoribus fidem derogemus — verisimile est fluvii nomen esse Sicania origine [1]. Recte igitur scribit Schubringius: „jedes griechische Etymologisieren scheint mir daher unnütz" [2], et iure reicit idem Polybii opinionem quam tradit Stephanus Byzantinus necminus Empedoclis sententiam quam traditam invenimus apud Diogenem Laertium. Scribit enim Stephanus Byzantinus s. v. *Ἀκράγαντες: . . . Πολύβιος δὲ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς χώρας ὠνομάσθαι Ἀκράγης διὰ τὸ εὔγεων.* Apud Diogenem Laertium [3] haec scripta videmus: *πάλιν δ' Ἄκρωνος τοῦ ἰατροῦ τόπον αἰτοῦντος παρὰ τῆς βουλῆς εἰς κατασκευὴν πατρῴου μνήματος διὰ τὴν ἐν τοῖς ἰατροῖς ἀκρότητα, παρελθὼν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκώλυσε, τά τ' ἄλλα περὶ ἰσότητος διαλεχθεὶς καί τι καὶ τοιοῦτο ἐρωτήσας· „τί δ' ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον; ἢ τοῦτο;*

> *Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων' Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου*
> *Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης".*

τινὲς δὲ τὸν δεύτερον στίχον οὕτω προφέρονται·

> *Ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.*

Graeci Acraganta filium dicebant Jovis et Asteropes, filiae Oceani [4], divinoque fluvium colebant honore. Signum ei Delphis Agrigentini posuerunt. Legimus enim apud Aelianum [5]: *Ἀκραγαντῖνοι δὲ τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως ποταμὸν παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντες θύουσιν. οἱ δ' αὐτοὶ καὶ ἐν Δελφοῖς ἀνέθεσαν ἐλέφαντος διαγλύψαντος ἄγαλμα καὶ ἐπέγραψαν τὸ τοῦ ποταμοῦ ὄνομα. καὶ παιδός ἐστι τὸ ἄγαλμα.* Ab Empedocle [6] Acragas *ξανθός* dicitur, quo epitheto

---

1) Freeman o. l. I, p. 433: The meaning of the name must be looked for in some other tongue than Greek, but it was naturally played upon in Greek mouths and was made to refer to the lofty position of a city, which still bears the name of „La Magnifica". Schubring. op. l. p. 5: „Zu einer andern Ansicht kann ich nicht dadurch gebracht werden, dass derselbe Namen sonst noch in Thracien, Euböa, Kypros, Aetolien vorkam". (Steph. Byz. s. v.).

2) Schubring. o. l, p. 5.

3) Diogen. Laest. VIII, 65.

4) Steph. Byz. s. v. *Ἀκράγαντες.*

5) Aelian. V. H. II, 33.

6) Diogen. Laert. VIII, 54.

Schubringii [1]) opinione dei iuventus indicatur; secundum Cluverum [2]) epitheton spectat ad flavum aquae fluvii colorem. In ripis fluvii herbosissimis multae pascebantur oves, quam ob rem Pindarus [3]) canit: *Αἰτέω σε, Φιλάγλαε, καλλίστα βροτεᾶν πολίων Φερσεφόνας ἕδος, ἅ τ' ὄχθαις ἔπι μηλοβότου ναίεις Ἀκράγαντος εὔδματον κολώναν κτἑ.*

Per longam seriem annorum Agrigentinos fluvium summa coluisse religione apparet ex nummis urbis, in quibus deus variis modis effingitur [4]). Extant nummi in quibus iuvenis conspicitur nudus, in aliis est iuvenis imberbis et corniger, in aliis pisces videmus et cancros.

De Hypsa nihil memoratur. Ab urbe meridiem versus in Acraganta influebat, sed quod nomen fluviis coniunctis fuerit prorsus ignoramus [5]).

Nomen fluvii Acragantis semper est masculini generis, urbis nomen et masculini generis et feminini [6]).

Inter Acraganta et Hypsam collis est, qui magnam partem consistit e calce. Declivis est a partibus, quae spectant inter orientem solem et septentriones ad partes versus quae vergunt inter meridiem et solis occasum. Vorago alta collem a circumiacentibus montibus et a planitie, quae a colle meridiem versus usque ad mare patet, separat. Declivitas collis non est continua, sed monticulis, locis editioribus, vallibus interrumpitur. Vallis cui nunc est nomen „Vallone Pipitusario" [7]) collem in duas

1) Schubring. o. l. p. 6.

2) Siefert. o. l. p. 22: (ξανθός) eine Benennung, die nach Cluver ganz auf den Biagio-Naro passt, während der Drago mit *klarem* Wasser von Klippe zu Klippe fällt.

3) Pind. Carm. Pyth. XII, 1, Ol. II, 9; Pyth. VI, 6.

4) Mionnet: Déscription de Médailles antiques. Tom. I; Leake: Numismata Hellenica.

5) Schubring. op. l. p. 5.

6) Thucyd. VII, 46: *Ἀκράγαντα στασιάζοντα.* Diod. Sic. XI. 53. *ἐστράτευσεν ἐπὶ τὸν Ἀκράγαντα.* Vergil. Aen. *arduus* Acragas. Pind. Carm. Ol. III, 3. *κλεινὰν Ἀκράγαντα.* Pyth. VI, 6. *ποταμίᾳ τ' Ἀκράγαντι.* Schol. ad Pind. Carm. Ol. II, 12, 15, 16, 166.

7) Eidem valli sunt nomina: Vallone delle Capoline, Vallone della Croce, Vallone di S. Leonardo. Schubring. o. l. p. 7—10.

partes dividit, quarum minor spectat inter solis occasum et septentriones, maior inter orientem solem et meridiem. Continetur minor pars valle, quae dicitur „Vallone Pipitusario", amniculo cui nomen est „Drago", valle quam appellant „Vallone della Costa dell' Annunziata", voragine quae oppidum Girgenti a montibus quibus est nomen „Serra di Ferlicchio" separat. In duas iterum partes dividit minorem partem vallis cui nomen „Vallone della Salita", quarum partium altera vergit inter meridiem et solis occasum, altera, in qua arx erat Agrigentina, inter orientem solem et septentriones. Porrigitur in parte minore collis lato dorso, cui nomen est „Colle dell' Annunziata", declivis ad Hypsam versus, qui collis duobus finitur cornibus, quorum alterum nomine caret, alterum Schubringius a „Casa Piazza" nominat.

Maior pars collis Agrigentini qua spectat inter septentriones et solis occasum includitur valle quae „Vallone Pipitusario" vocatur, ab aliis partibus voragine quae collem circumdat. Dividunt maiorem partem in tres partes duo canales [1]), saxis incisi, qui eodem fere loco, prope monticulum „Rupe Atenea" dictum [2]), incipiunt. Canalis orientalis, quem Schubringius nomine „Thal Tamorello" indicat, parallelos fere est voragini; canalis occidentalis, qui a Schubringio „Thal Sala" appellatur, meridiem versus aquam deducit. Conveniunt qua spectat collis inter meridiem et solis occasum. Declivitas partis quae est inter „Vallone Pipitusario" et canalem orientalem (Thal Sala) interrumpitur monticulo cui nomen est „S. Leonardo". Inter „Vallone Pipitusario" et vallem quam Schubringius indicat nomine „Vallone Dara", promonturium nomine „Campagna Stacchio" extenditur, cuius radices alluit Hypsas fluvius. Inter „Vallone Dara" et vallem apud Schubringium „Vallone Carovana" dictam alterum est

1) Schubring. o. l. p. 8: . . . Es sind ganz enge, aber tief eingeschnittene künstliche Rinnen, die jedoch in natürlichen Senkungen angebracht sind.

2) Gsell Fels.: Unter-Ital. und Sizilien. (Meyers Reisebücher) p. 772: Die Rupe ist eine 16 m. über ihre Umgebung aufragende, 18 m. lange, 7½ m. breite Felsenterrasse. — Schubring. op. l. p. 9: Sie (Rupe Atenea) ist die höchste Erhebung des ganzen zweiten Komplexes, überragt sagar die Höhe des Stadtgipfels um 21 Meter, denn sie ist 351 M. über dem Meeresspiegel.

promonturium, quod meridiem versus porrigitur. Tria habet cacumina, quorum duo nomine carent, tertium „Poggio della Meta" appellatur. Declivitas partis quae est inter vallem „Sala" et vallem „Tamorello" interrumpitur duobus monticulis, qui a Schubringio indicantur nominibus duarum domuum quae ibi sunt extructae. („Casa Naturella" et „Casa Filippazo"). In media hac parte est ecclesia „S. Niccola". Pars quae est inter voraginem et canalem orientalem (Tamorello) declivis est primum ad partes versus quae spectant inter occasum solis et meridiem, deinde ad solis occasum versus. In partem collis, quae spectat inter occasum solis et meridiem, conveniunt tres partes in quas maior urbis pars dividitur.

Collem Agrigentinum natura iam optime munitum Graeci muro muniverunt. Huius muri extructio primum fuit opus quod novi coloni Sicanis expulsis et loco occupato aggressi sunt. Decem fere annis post urbem conditam murus erat confectus; scribit enim Polyaenus [1]): *„Φάλαρις 'Ακραγαντίνων τὰ ὅπλα παρελέσθαι βουλόμενος ἀγῶνα γυμνικὸν λαμπρότατον ἔξω τῆς πόλεως* (in planitie quae ab urbe meridiem versus usque ad mare patet) *ποιήσειν ἐπήγγειλε. τῶν δὲ πολιτῶν ἁπάντων ἐπὶ τὴν θέαν προελθόντων τὰς πύλας κλείσας προςέταξε τοῖς δορυφόροις τὰ ὅπλα τῶν οἰκιῶν ἐκφέρειν κτἑ.* Sequitur ut murus et portae Phalaridis aetate qui (ut infra apparebit) decem annis post Agrigentum conditum tyrannide est potitus, iam extiterint. Freemanus, secundum quem Phalaridis aetate urbs non eundem quem postea habuit circuitum, negat murum Phalaridis temporibus iam extitisse. Quae narrat Polyaenus (V, 1, 2) appellat: „one of the current stories fitted in with the name of Phalaris of Akragas, but which would do equally well for any other city and any other tyrant" [2]). Pugnare ei videntur Polyaeni verba cum iis, quae idem auctor scribit V, 1, 1, ubi narrat quomodo Phalaris tyrannidem sit adeptus. Verba Polyaeni, quae leguntur V, 1, 2: Freemanus censet „clearly inconsistent with the former (story)".

1) Polyaen. V, 1, 2.
2) Freeman o. l. II, p. 68.

Opinari videtur Freemanus Polyaenum verbis Φάλαρις — ἐκφέρειν (V, 1, 2) narrare quo modo Phalaris tyrannidem sibi peperit; quod si verum esset, procul dubio ea quae scribit Polyaenus V, 1, 2 essent „inconsistent with the former story" (V, 1, 1). Sed quid obstat quominus verba illa ita interpretemur ut quae narrat Polyaenus V, 1, 2 facta sint primo vel secundo anno Phalaridis tyrannidis. Factum esse potest ut Phalaris, metuens ne cives novis studerent rebus arma iis adimi iusserit. Quod si verum esse ponimus, verba duorum Polyaeni locorum nequaquam inter se pugnant. Praeterea, ut putemus iam inde ab initio Graecos totum collem muro circumdedisse suadet loci natura, recteque scribit Schubringius [1]: „Die Stadt ist eine der spätesten Kolonien und es wurde nach Erfahrung und sicheren Plänen verfahren: *sie ist gleich als Grossstadt angelegt worden.* Es konnte dem Scharfblick ihrer Gründer nicht entgehen, dass es hier nicht möglich war, irgend einen einzelnen Punkt auszuwählen mit der Bestimmung, sich von da aus räumlich weiter zu entwickeln; es musste von Anfang an das ganze Plateau, wie es die Natur darbot, zum Stadtlokal erkoren werden".

Exstructus erat murus secundum Polybium [2]: *ἐπὶ πέτρας ἀκροτόμου καὶ περιῤῥῶγος, ἧ μὲν αὐτοφυοῦς ἧ δὲ χειροποιήτου,* in extremo igitur colle, parallelos voragini quae collem circumdat. An undique muro collis fuerit munitus incertum est. Pars collis quae est inter ecclesiam „S. Gerlando" (quae est in oppido „Girgenti") et ecclesiam, „S. Biagio", muro non munitam fuisse videtur; nulla enim has inter ecclesias vestigia muri inveniuntur [3]. Ab ecclesia „S. Biagio", meridiem versus vestigia muri conspiciuntur; introversus murus flectebatur et vallem, qua saxa praerupta interrumpuntur, arcus forma per-

1) Schubring. o. l. p. 14. Negat Freemanus urbem iam inde ab initio eundem habuisse circuitum quem postea habuisse eam constat. Freeman o. l. I, p. 436.

2) Polyb. IX, 27.

3) Partem, quae est inter „Porta di Ponte" (orientalem arcis portam) et carcerem, murus, qui carcerem cingit, quominus Schubringius perscrutaretur prohibuit. (p. 15.).

currebat. Trans vallem nulla vestigia sunt. Ubi extremus collis solis occasum versus flectitur fauces sunt, 140 fere passus in collem penetrantes, in quarum parte septentrionali vestigia muri inveniuntur.

Murus an usque ad templum, quod dicitur Iunonis Laciniae, (ubi vorago occasum versus flectitur) extenderetur incertum est; sepes enim cactorum et sentes Schubringium prohibuerunt partem collis extremi quae est inter fauces et templum Iunonis perscrutari. A templo Iunonis meridiem versus saxa corruerunt; templum qua spectat inter meridiem et solis occasum versus voragini imminet. A templo occasum versus porta est per quam via e planitie ad templum ducit. In saxis sepulcra sunt [1]). Vestigia muri partim suis locis partim in saxis in voraginem deiectis, conspiciuntur. Inter templum Iunonis et templum quod dicitur Concordiae multa vestigia supersunt. Nonnusquam saxa arte sunt laevata. Quae pars est inter templum Concordiae et „Portam Auream" eundem fere praebet aspectum; multis locis saxa ruinam dederunt, sepulcra in saxis conspiciuntur. Magna pars muri una cum saxis prope Herculis templum in voraginem deiecta est. Inter Portam Auream et locum cui apud Schubringium est nomen „Casa Abaddia Bassa" pars est muri optime servata. Porta in hac parte erat, per quam via ad templum quod dicitur Castoris et Pollucis ferebat. Ubi est Casa Abbaddia Bassa Agrigentini centum fere annis post urbem conditam piscinam foderunt; quae antea loci natura fuerit ignoramus. Inter

---

1) De his sepulcris, scribit Schubringius o. l. p. 16—17: Von wem diese Gräber herrühren und wann sie entstanden sind, ist eine Frage, die schon oft vergeblich untersucht worden ist und die ich offen lasse: sie den Griechen zuzuschreiben, welchen die Formen durchaus eigenthümlich sind, steht die Erwägung entgegen, dass sie ihre Vertheidigungsanstalten unmöglich selbst so geschwächt haben können, dass solche Folgen eintreten konnten, wie sie in der That eingetreten sind. Dazu waren sie viel zu gute Baumeister. Es ist möglich, dass eine nur beschränkte griechische Anzahl in nachgriechischer, etwa späterer römischer Zeit, wo die Befestigung keinen Werth mehr hatte, erweitert worden ist...... Unstatthaft aber ist es, statt Gräber Wachthäuser hier anzunehmen".

Erfurdt o. l. p. 19. sepulcra Sicanis esse attribuenda opinatur. Siefert. o. l. p. 25.

Lupus: Die Stadt Syrakus im Alterthum p. 310. sqq. Siefert. o. l. p. 25.

„Casa Abbaddia Bassa" et vallem cui nomen „Vallone Dara" Schubringius vestigia muri in saxis vidit in ripa fluvii iacentibus. Murus in vallem descendebat. Ultra vallem murus collem ascendebat et usque ad partem meridionalem promonturii, quod vocant „Campagna Stacchio", extendebatur. Collis qui vocatur „Colle dell' Annunziata" muro non includebatur; in hoc enim colle Agrigentinorum erat necropolis, quam ob rem eum extra urbem fuisse constat. Inde a parte septentrionali promonturii murus, parallelos valli „Pipitusario", porrigebatur usque ad substructionem quae est in valle, quae substructio hodie „Ponte dei Morti" appellatur. Secundum Schubringium, quem omnes sequuntur, non longe a „Ponte dei Morti" murus in vallem „Pipitusario" descendebat et ultra vallem collem „dell' Annunziata" adscendebat. Tractus muri a „Ponte dei Morti" usque ad ecclesiam „S. Gerlando" indicatur lineis rectis, ductis a „Ponte dei Morti" usque ad „Casa Salemi", a „Casa Salemi" usque ad „Casa Marginello", a „Casa Marginello" usque ad ecclesiam „del Carmine", ab hac ecclesia usque ad Seminarium quod situm est ab ecclesia „S. Gerlando" meridiem versus [1]). Portae secundum Schubringium septem erant numero:

1. Porta septentrionalis ab oppido Girgenti orientem versus.
2. Porta Gelensis, in faucibus supra memoratis.
3. Porta Herae, a templo Iunonis occasum solis versus.
4. Porta Aurea, a templo Herculis occasum solis versus.
5. Porta, per quam via ad templum Castoris et Pollucis ferebat.
6. Porta Heracleensis, in valle „Dara".
7. Porta Occidentalis, inter ecclesiam „del Carmine" et seminarium.

---

1) De linea, ducta a seminario usque ad ecclesiam „del Carmine" scribit Schubringius o. l. p. 20: Eine zwischen beiden gezogene Linie gibt nach meiner Meinung die Westgrenze der *alten* Stadt. Denn was östlich davon liegt, hat noch einigermaassen den Charakter eines nach Süden sich senkenden Plateaus, diese Linie aber bezeichnet einen ziemlich bedeutenden Abfall nach Westen und bildet eine noch heut recht wohl erkennbare Grenze, welche durch die hohen Wände des Seminargebäudes und eines andern Baues, genannt Labollate, noch anschaulicher gemacht wird. Der Theil der heutigen Stadt, der sich westlich davon ausdehnt, liegt viel tiefer und hat keinen natürlichen Abschluss gen Westen.

Praeter exstructionem muri nihil fere de primo urbis decennio innotuit. Legibus utebantur Agrigentini Gelensibus, quas primis temporibus apud eos viguisse scribit Thucydides VI. 4: *Γελῷοι Ἀκράγαντα ᾤκισαν τὴν μὲν πόλιν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Ἀκράγαντος ὀνομάσαντες, νόμιμα δὲ τῶν Γελῴων δόντες.* Mullerus [1]) iis quae tradita inveninus apud Aristotelem (Pol. V, 8, 1) fretus, antiquissimam reipublicae formam *τιμοκρατίαν* fuisse contendit. Iure obloquitur Holmius, qui *ἀριστοκράτειαν* eam fuisse perhibet [2]). Scribit Aristoteles l. l. nonnullos facile sibi tyrannidem peperisse *διὰ τὸ δύναμιν προυπάρχειν, τοῖς μὲν βασιλικῆς ἀρχῆς, τοῖς δὲ διὰ τῆς τιμῆς. οἷον Φείδων μὲν περὶ Ἄργος καὶ ἕτεροι τύραννοι κατέστησαν βασιλείας ὑπαρχούσης, οἱ δὲ περὶ τὴν Ἰωνίαν καὶ Φάλαρις ἐκ τῶν τιμῶν. Munus* igitur, quo fungebatur Phalaris, (*τελώνης* erat secundum Polyaenum) [3]), ei viam ad tyrannidem aperuit. — Antiquissima Agrigentinorum, quippe qui essent Dores, reipublicae forma procul dubio erat *ἀριστοκρατεία*. Hanc reipublicae formam decem iam annis post coloniam deductam Phalaris evertit et inde tyrannidem occupavit. Quod quomodo factum sit narrat Polyaenus V, 1, hisce verbis usus: *Φάλαρις Ἀκραγαντῖνος τελώνης, τῶν πολιτῶν κατασκευάσαι βουλομένων Διὸς Πολιέως νεὼν ἀπὸ διακοσίων ταλάντων ἐπὶ τῆς ἄκρας ὡς πετρώδους καὶ στερεωτάτης καὶ ἄλλως ὁσίως ἂν ἔχον ἐν ὑψηλοτάτῳ τὸν θεὸν ἱδρύσασθαι, αὐτὸς ὑπέσχετο τοῦ ἔργου ἐπιστάτης ἂν γένηται, καὶ τοὺς ἀρίστους τεχνίτας ἕξειν καὶ τὴν ὕλην λυσιτελῶς παρέξειν καὶ τῶν χρημάτων ἀσφαλεῖς ἐγγυητὰς δώσειν. ἐπίστευσεν ὁ δῆμος, ὡς διὰ τὸ τελωνικὸν βίον ἐμπειρίαν τῶν τοιούτων ἔχοντι. λαβὼν δὴ τὰ κοινὰ χρήματα πολλοὺς μὲν μισθοῦται ξένους, πολλοὺς δ' ὠνεῖται δεσμώτας, πολλὴν δὲ ὕλην ἐς τὴν ἄκραν ἀνακομίζει, λίθων, ξύλων, σιδήρου. ἤδη δὲ τῶν θεμελίων ὀρυσσομένων καθῆκε τὸν κηρύξοντα· „ὃς ἂν μηνύσῃ τοὺς κλέψαντας τοῦ ἐν τῇ ἄκρᾳ λίθου καὶ σιδήρου, λήψεται ἀργύριον τόσον". ἠγανάκτησεν ὁ δῆμος, ὡς τῆς ὕλης κλεπτομένης, ὁ δὲ, „οὐκοῦν", ἔφη, „συγχωρήσατέ μοι περιφράξαι τὴν ἀκρόπολιν". συνεχώρησεν ἡ πόλις περιφράξαι*

1) O. Müller, Dor. II, p. 158.
2) Holm o. l. I p. 398. Siefert. o. l. p. 58.
3) Polyaen. V. 1.

καὶ περίβολον ἐγεῖραι. λύσας τοὺς δεσμώτας, τοῖς λίθοις καὶ τοῖς πελέκεσι καὶ ταῖς ἀξίναις ὁπλίσας, Θεσμοφορίων ὄντων, ἐπιθέμενος τοὺς πλείστους τῶν ἀνδρῶν ἀποκτείνας γυναικῶν καὶ παίδων κύριος καταστὰς ἐτυράννησε τῆς Ἀκραγαντίνων πόλεως.

Quo anno Phalaris tyrannide potitus sit in magna fontium discrepantia difficile est diiudicatu. Falsa esse quae tradita invenimus apud Syncellum: Ol. 31. Φάλαρις Ἀκραγαντίνων ἐτυράννησε. Ol. 39, 4. Φάλαρις τυραννῶν κατελύθε; apud Eusebium Arm. Ol. 32, 2: Phalaris apud Agrigentinos tyrannidem exercet, Ol. 39, 2. Phalaridis Agrigentinorum tyrannis destructa; apud Hieronymum, qui Phalarin inde ab Ol. 31, 2 usque ad Ol. 38, 2 tyrannidem tenuisse scribit, ipse docet annus quo Agrigentum conditum esse verisimile est. Probabiliora sunt quae legimus apud Euseb. Arm.: „Ol. 53, 3. Phalaris Agrigentinus annis 16 tyrannidem tenuit", quocum in nonnullis libris Hieronymus consentit. Plerique autem libri praebent Ol. 53, 4—Ol. 57, 4, quos annos Bentleius pro veris esse habendos censuit. Bentleium secuti sunt multi; plausibilior tamen esse videtur opinio Fischeri, qui sequitur Eusebium (Ol. 52; 3). Scribit [1]): Ich . . . folge der Angabe des Euseb. Arm. zumal sie theils mit Suidas harmonirt, (Suidas: Φάλαρις Ἀκραγαντῖνος τυραννήσας Σικελίας ὅλης κατὰ τὴν νβ′ ὀλυμπιάδα) theils auch durch alle für das niedrigere Datum des Hieronymus geltend gemachten Gründe (worüber Bentley und Boeckh) gestützt werden kann. Unter diesen jedoch erscheinen mir nur als bedeutend: 1) die Nachricht des Schol. ad Pind. Ol. III, 68, derzufolge der Emmenide Telemachos, Thero's Aeltervater, den Phalaris stürzte (Ol. 56, 3, v. Chr. 554), d. h. zwei volle Menschenalter (Emmenides und Ainesidemos) oder 66 Jahre vor Thero, der Ol. 73, 1, v. C. 488, Tyrann von Agrigent war (v. C. 554—488 = 66 Jahre); 2) die Angabe des Aristoteles Rhet. II 20, 5, die den Stesichorus (Ol. 73, 1—Ol. 56, 4, v. C. 632—553) zum Zeitgenossen des Phalaris macht. . . 3) Diod. Exerpt. Vat. c. 28, p. 25. Mai. p. 27, Dind. wo Phalaris nach den sieben Weisen und Aesop, und gleich-

1) Fischer: Griech. Zeittafeln. p. 130.

zeitig mit Croesus erwähnt wird". Fischerum sequuntur Schubringius, Holmius, Freemanus, alii.

Phalarin Astypalaeam habuisse patriam legimus in epistulis quae eius nomine feruntur. Ipse in epistula 35*a* se appellat: *Φάλαριν Λεωδάμαντος υἱόν, Ἀστυπαλαιέα τὸ γένος, πατρίδος ἀπεστερημένον*, quod quonimus verum sit quid obstat? Appellatur quidem a nonnullis (Lucian. Ver. Hist. 23) Agrigentinus, et Cicero (Verr. IV, 33) Scipionem taurum aeneum Phalaridis post Carthaginem deletam Agrigentinis reddentem dixisse scribit: „aequum esse cogitare illos utrum esset *Siculis* utilius suisne servire an populo Romano obtemperare", sed recte ad verba Phalaridis supra allata (*Φάλαριν — ἀπεστερημένον*) adnotat Lennepius [1]): „Tametsi ab aliis Agrigentinus dicatur, potuit tamen revera patriam habere Astypalaeam, sive propter tyrannidem quam Agrigenti obtinuit sive quod ibi post fugam exul commoratus sit, Agrigentinum habitum fuisse statuas". Agrigentinum eum non fuisse iam hoc probat quod decem iam annis post Agrigentum conditum tyrannide potitus est. Contra, Phalarin *Ἀστυπαλαιέα* fuisse *τὸ γένος* eo magis credibile est quod inter colonos Gelenses multos fuisse Rhodios et incolas insularum Rhodo vicinarum constat.

Perpauca tantum de Phalaride et de rebus ab eo gestis ad nos pervenerunt. Fines Agrigentinorum eum non sine magno Sicanorum damno extendisse apparet ex iis quae tradita invenimus apud Polyaenum [2]). Sed utrum Leontinos [3]) et Himeraeos [4])

---

1) Phalaridis Epistolae, quas Latinas fecit et interpositis Caroli Boyle notis, commentario illustravit Joannes Daniel à Lennep. Mortuo Lennepio, finem operi imposuit, praefationem et adnotationes quasdam praefixit L. C. Valckenaer. Groningae, apud Jacobum Bolt. CIϽ IϽCC LXXVII. 2) Polyaen. V. 1. 3 et 4.

3) Leontinorum urbem Phalarin expugnasse hodie nemo credit. Freemanus (o. l. II p. 467) de hac re scribit: „The only actual mention of a conquest of Leontinoi by Phalaris comes as an explanation of a proverb.: *ἀεὶ Λεοντῖνοι περὶ κρητῆρας*. On this the commentary of Arsenios (22) is: *ἐπὶ τῶν ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς ἐγκειμένων. οἱ γὰρ Λεοντῖνοι περὶ πότων ἐσχόλαζον. Φάλαρις δ' αὐτοὺς καταπολεμήσας εἰς τοὺς κρητῆρας ἔρριψεν, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία*. Freeman o. l. App. VII ad vol. II. Epist. Phal. 31—35.

4) Qui Himeraeos ei obnoxios fuisse contendunt nituntur Arist. Rhet. II 20. Cf. Freeman o. l. II p. 406.

potestati suae subegerit necne perdubium est, et certo certius Suidas, Phalarin *totius* insulae tyrannum fuisse scribens, potestatem eius in maius extulit. Quin fines Agrigentinos propagaverit dubitari non potest, sed prorsus ignoramus quousque.

Multa sunt quae fama divulgavit de crudelitate quam in civibus suis et peregrinis exercuisse dicitur. Dicit Clearchus apud Athenaeum:[1]) *εἰς τοῦτο ὠμότητος Φάλαριν τὸν τύραννον ἐλάσαι ὡς γαλαθηνὰ θοινᾶσθαι βρέφη*, et secundum Heracl. Pont.[2]): *Ἀκραγαντῖνος Φάλαρις ἐτυράννησε παρανομίᾳ πάντας ὑπερβάλλων· οὐ γὰρ μόνον ἐφόνευε πολλοὺς ἀλλὰ καὶ τιμωρίαις παρανόμως ἐχρήσατο. καὶ τοὺς μὲν εἰς λέβητας ζέοντας τοὺς δὲ εἰς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἀπέστελλε, τοὺς δὲ εἰς χαλκοῦν ταῦρον ἐνέβαλλε καὶ κατέκαιε.* Omnia quae eius traduntur crudelitatis exempla colligere longum est. Procul dubio multae aliorum tyrannorum crudelitates in Phalarin, quippe quem taurus aeneus prae ceteris tyrannis infamen reddidisset, translatae sunt, nam, ut Freemani[3]) utar verbis, „a man who was said to have roasted people to death in a brazen bull, was naturally much talked about in all ages; *he became a traditional bug-bear*, a traditional common-place of rhetoric", quare nil mirum Phalaridis crudelitatem in proverbii consuetudinem venisse[4]).

Alias igitur quae ei tribuuntur crudelitates silentio praeterire liceat, ut paulo fusius agere de famoso eius tauro aeneo copia sit. Fabula ipsa de tauro eiusque artifice Perillo notior est quam quae huc repetatur. Ut dicit Tzetzes[5]):

γράφει περὶ τοῦ ταύρου δὲ Λουκίανος ὁ Σύρος
Διόδωρος καὶ Πίνδαρος σὺν τούτοις τε μυρίοι.

Primus qui post tyranni aetatem mentionem de tauro facit Pindarus[6]) est neque ullus veterum auctorum dubitasse videtur

1) Athen. IX 396.
2) Fr. 37. (Müller Fragm. Hist. Graec. II p. 223).
3) Freeman o. l. II 71.
4) Diogen. VII 65: *Φαλάριδος ἀρχαί.* Cic. Att. VII 12: *φαλαρισμός.* Lucian. Bis Acc. 8. Ver. Hist. II 23. Cic. De Officiis II 7. Verr. IV 33.
5) Tzetzes. Chil. I 646.
6) Pind. Carm. Pyth. I. 185.

quin Phalaridis taurus aeneus extiterit, nam etiam Timaeum quem Polybius [1]) negasse scribit „γεγονέναι τοιοῦτον (sc. ταῦρον) ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει" (sc. Agrigenti), verisimile est credidisse taurum Phalaridis extitisse. Refellere Timaeum conatur Polybius. Scribit enim hic auctor: τούτου δὲ τοῦ ταύρου κατὰ τὴν ἐπικράτειαν Καρχηδονίων μετενεχθέντος ἐξ Ἀκράγαντος εἰς Καρχηδόνα, καὶ τῆς θυρίδος διαμενούσης περὶ τὰς συνωμίας, δι' ἧς συνέβαινε καθίεσθαι τοὺς ἐπὶ τὴν τιμωρίαν, καὶ ἑτέρας αἰτίας, δι' ἣν ἐν Καρχηδόνι κατεσκευάσθη τοιοῦτος ταῦρος οὐδαμῶς δυναμένης εὑρεθῆναι τὸ πάραπαν, ὅμως Τίμαιος ἐπεβάλετο καὶ τὴν κοινὴν φήμην ἀνασκευάζειν καὶ τὰς ἀποφάσεις τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων ψευδοποιεῖν, φάσκων μήτ' εἶναι τὸν ἐν Καρχηδόνι ταῦρον ἐξ Ἀκράγαντος, μήτε γεγονέναι τοιοῦτον ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει. Etiam Diodorus [2]) scribit Timaeum negasse taurum Phalaridis extitisse et refellere eum conatur hisce verbis: . . . ὑπ' αὐτῆς τῆς τύχης ἠλέγχθη (sc. Timaeus). Σκιπίων γὰρ ὕστερον τῆς ἁλώσεως σχέδον ἑξήκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσιν ἐκπορθήσας Καρχηδόνα τοῖς Ἀκραγαντίνοις μετὰ τῶν ἄλλων τῶν διαμεινάντων παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις ἀποκατέστησε τὸν ταῦρον, ὃς καὶ τῶνδε τῶν ἱστοριῶν γραφομένων ἦν ἐν Ἀκράγαντι. Contra apud scholiastam ad Pind. Carm. Pyth. I, 185 haec scripta videmus: τὸν δὲ τοῦ Φαλαρίδος ταῦρον οἱ Ἀκραγαντῖνοι κατεπόντωσαν, ὥς φησι Τίμαιος. τὸν γὰρ ἐν τῇ πόλει δεικνύμενον μὴ εἶναι τοῦ Φαλάριδος καθάπερ ἡ πολλὴ κατέχει δόξα ἀλλ' εἰκὼν ἐστι Γέλωνος τοῦ ποταμοῦ.

Freemanus plus fidei in hac re esse habendum censet Scholiastae quam Polybii et Diodori verbis, nam secundum Freemanum [3]): „In this case the scholiast is *not guessing, but quoting* Timaios, and seemingly quoting him accurately." Contra Schubringius [4]) dubitat num Timaeus scripserit quod scholiasta eum scripsisse tradit, nam: „est ist undenkbar, dass

1) Polyb. XII 25. (Tim. fr. 116. Müller Fr. Hist. Gr. I p. 221—222).
2) Diod. Sic. XIII 90. (Tim. fr. 117. Müller Fr. Hist. Gr. I p. 222).
3) Freeman. o. l. II. p. 76.
4) Schubring o. l. p. 25.

nachdem das verhasste Mordinstrument doch wahrscheinlich unter allgemeinen Jubel der Bevölkerung der See anvertraut worden wäre, die Majorität der Akragantiner und Sikelioten nachher dennoch hätte die Ansicht haben können er stehe noch oben auf der Burg." Fabula de tauro in mare praecipitato procul dubio Timaeo est abiudicanda, sed in verbis scholiastae *τὸν γὰρ ἐν τῇ πόλει δεικνύμενον μὴ εἶναι τοῦ Φαλάριδος καθάπερ ἡ πολλὴ κατέχει δόξα* Timaei opinio latere videtur. Timaei aetate vulgo putabant taurum Phalaridis *Carthagine* esse. Id negasse videtur Timaeus, et scripsisse eum opinor taurum *ἐν τῇ πόλει* i. e. *Carthagine*, *δεικνύμενον μὴ εἶναι τοῦ Φαλάριδος καθάπερ ἡ πολλὴ κατέχει δόξα*. Assentiendum igitur Freemano scribenti: In this case the scholiast is not guessing but quoting Timaeos", errat autem idem scribens: „and seemingly quoting him *accurately*." Negat Freemanus [1]) taurum Phalaridis anno 408° Carthaginem esse transvectum et errare in hac re opinatur Diodorum. Scripta enim videmus apud Freemanum: Diodoros says that the bull which Scipio brought back was taken to Carthage in B. C. 408. Polybios does not say this, and it is not clear that he means it. As far as dates go, the bull which was shown at Akragas in Timaeos' day might have been the bull which Scipio brought back. For it might have been taken to Carthage not in B. C. 408 *„but when Akragas was a Carthaginian possession after the time of Timaeos*. And it may be that Polybios means it when he says: *τοῦ ταύρου κατὰ τὴν ἐπικράτειαν Καρχηδονίων μετενεχθέντος ἐξ Ἀκράγαντος εἰς Καρχηδόνα*."

Non assentiendum in hac re videtur Freemano. Nam si revera Polybius opinatus esset taurum Phalaridis *post Timaei aetatem* Carthaginienses Agrigento in Africam transvexisse, certo certius non scripsisset Timaeum conatum esse: *„τὰς ἀποφάσεις τῶν ποιητῶν καὶ συγγραφέων ψευδοποιεῖν*", perhibentem *„μήτ' εἶναι τὸν ἐν Καρχηδόνι ταῦρον ἐξ Ἀκράγαντος*"... quibus e verbis

1) Freeman o. l. II p. 463—464.

luculenter apparet Polybium taurum quem Timaeum negasse scribit *εἶναι ἐξ Ἀκράγαντος*, pro Phalaridis tauro habuisse. Quod attinet ad verba scholiastae *ἀλλ' εἰκών ἐστι Γέλωνος τοῦ ποταμοῦ*, e verbis Polybii: *καὶ τῆς θυρίδος διαμενούσης περὶ τὰς συνωμίας*, apparet taurum a Scipione, Carthagine deleta, Agrigentinis redditum non fuisse simulacrum fluvii Gelae. Sed *Carthagine* Timaei aetate revera simulacrum fluvii Gelae fuisse, quid obstat quominus credamus?

Dubitari igitur non potest quin taurus Phalaridis extiterit [1]) sed perdubium est num Phalaris, quod omnes asseverant, tauro suo vivos homines torruerit ut crudelitati suae indulgeret. Valde mihi arridere confiteor sententiam Böttigeri [2]), quem sequitur Schubringius [3]). Böttigeri opinione taurus Phalaridis arcte cohaeret cum cultu dei Phoenicii „Moloch" qui humanis gaudebat victimis. Putat Böttigerus cultum huius dei Rhodios in Siciliam transtulisse deumque cornigerum in taurum abiisse. Etiam Agrigentinos hunc deum coluisse mirum facere non potest nam et ipsi (per Gelenses) Rhodo erant oriundi et multos in eorum numero fuisse Rhodios, ut supra dictum est, constat. Praeterea in Atabyrio, monte Rhodio, tauros fuisse aeneos et vaccas mugitu imminentia praedicentes pericula auctor est Tzetzes [4]), quam ob rem Schubringius taurum (Moloch) Agrigentinorum in templo *Διὸς Ἀταβυρίου*, quod in arce erat, fuisse pro certo affirmat, quamquam Diodorus in monte Ecnomo extra urbem taurum fuisse narrat [5]). Etiam Carthagine, licet neget Polybius scribens: *καὶ ἑτέρας αἰτίας δι' ἣν ἐν Καρχηδόνι κατεσκευάσθη τοιοῦτος ταῦρος οὐδαμῶς δυναμένης εὑρεθῆναι τὸ παράπαν* quippe quae urbs esset colonia Phoenicia, talem taurum

1) Freeman o. l. II p. 464. 2) Böttiger. Ideen zur Kunstmyth. I 359.

3) Schubring o. l. p. 24.

4) Tzetzes: Chil. IV 390. Pauly Kunstbl. 1855. No. 57.

5) Diod. Sic. XIX. 108. Schubring o. l. 25...... Dass aber auf dem Berge Eknomos der Stier des Phalaris gestanden habe ist wohl nur erdacht um den Namen des Berges zu erklären und weil, wo von Phalaris die Rede war, man an seinen Stier dachte". Permirum est nihil de Gelensium cultu dei „Moloch" innotuisse. Fieri potest ut in monte Ecnomo Gelensium taurus fuerit. (cf. Schubring o. l. p. 25).

fuisse verisimillimum est et fieri potest ut taurus a Scipione, Carthagine capta, Agrigentum transvectus pro „Moloch" Carthaginiensium sit habendus.

Non igitur est cur credamus Phalarin crudelitate ductum vivos homines aeneo tauro torruisse; fecit potius ut more institutoque maiorum deum „Moloch" coleret. Nihilosecius dubitari non potest quin Phalaris nonnumquam crudelissimum se praestiterit, verum omnis humanitatis et iustitiae eum non fuisse expertem docet faubula illa de inventore tauri iusta poena affecto, necminus apparet ex iis quae tradit Aelianus II. 4., ubi narratur Phalaridis *ἔργον οὐ μάλα ἐκείνῳ σύνηθες*. Melanippus quidam ob iniuriam a tyranno sibi illatam consilium tyrannidis delendae inierat. Propositum cum amico suo Charitone communicavit, cui ut secum perageret facile persuasit; dicebat enim Chariton iamdudum sibi esse in animo patriam tyranni iugo liberare, *ἠξίου δὲ* (verba sunt Aeliani) *τὸν Μελάνιππόν οἱ συγχωρῆσαι ὑπὲρ τούτων ἀκριβέστερον διασκέψασθαι καὶ ἐᾶσαι παραφυλάξαι τὸν χρόνον τὸν ἐπιτήδειον εἰς τὴν πρᾶξιν.* Pergit Aelianus: *Συνεχώρησε τὸ μειράκιον. ἐφ' ἑαυτοῦ τοίνυν ὁ Χαρίτων βαλλόμενος τὸ πᾶν τόλμημα καὶ κοινωνὸν αὐτοῦ μὴ θελήσας παραλαβεῖν τὸν ἐρώμενον ἵν' εἰ καταφωραθεὶς αὐτὸς ὑπέχοι τὴν δίκην ἀλλὰ μὴ καὶ ἐκεῖνον εἰς τά αὐτὰ ἐμβάλοι. Ἡνίκα οὖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν, ἐγχειρίδιον λαβὼν ὡρμᾶτο ἐπὶ τὸν τύραννον. Οὐ μὴν ἔλαθε, κατεφωράθη δέ, πάνυ σφόδρα τῶν δορυφόρων ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα φυλαττόντων. Ἐμβληθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ Φαλάριδος εἰς τὸ δεσμωτήριον καὶ στρεβλούμενος ἵν' εἴπῃ τοὺς συνεγνωκότας, ὁ δ'ἐνεκαρτέρει καὶ ἐνήθλει ταῖς βασάνοις. Ἐπεὶ δὲ μακρὸν τοῦτο ἦν ὁ Μελάνιππος ἧκεν ἐπὶ τὸν Φάλαριν καὶ ὡμολόγησεν οὐ μόνον κοινωνὸς εἶναι τῷ Χαρίτωνι τῆς βοωλῆς ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἄρξαι τῆς ἐπιβουλῆς..... Θαυμάσας οὖν ἀμφοτέρους ἀφῆκε τῆς τιμωρίας προστάξας αὐθήμερον ἀπελθεῖν μὴ μόνον τῆς Ἀκραγαντίνων πόλεως ἀλλὰ καὶ τῆς Σικελίας. Συνεχώρησε δ' αὐτοῖς τὰ ἴδια δίκαια καρποῦσθαι.* Haec quo anno facta sint apparet ex Aeliani fr. s. v. *ἀναβολή*, ubi haec scripta videmus: *Λοξίας δὲ καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν θανάτου Φαλαρίδι ἐψηφίσαντο ἔτη δύο ἀνθ' ὧν ἡμέρως Χαρίτωνι καὶ Μελανίππῳ προσενέχθη.*

Melanippi et Charitonis mox secuti esse videntur conatus Telemachi, feliciorem habituri eventum. Legimus enim apud Diodorum [1]: *ὁ Φάλαρις ἰδὼν περιστερῶν πλῆθος ὑφ' ἑνὸς ἱέρακος διωκόμενον, ἔφη· „ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες, τοσοῦτο πλῆθος ὑφ' ἑνὸς διωκόμενον διὰ δειλίαν, ἐπεί τοί γε εἰ τολμήσειεν ἐπιστρέψαι, ῥᾳδίως τοῦ διώκοντος ἂν περιγένοιντο. καὶ ἐκ τούτου τοῦ λόγου ἀπέβαλε τὴν δυναστείαν* . . . Duce Telemacho [2]) populus urbem in libertatem vindicavit. Ipse tyrannus, quem vitae exitum habuerit incertum est, variae enim de eius morte feruntur sententiae [3]). Quantum in odium Agrigentinis venisset docent verba Plutarchi [4]): *'Ακραγαντῖνοι ἀπαλλαγέντες Φαλάριδος ἐψηφίσαντο μηδένα φορεῖν ἱμάτιον γλαύκινον. οἱ γὰρ ὑπηρέται τοῦ τυράννου γλαυκίνοις ἐχρῶντο περιζώμασιν.*

Phalaridi successit Telemachus. Tyrannum eum fuisse parum est probabile; odium enim populi in Phalarin maius erat quam quod novam tyrannidem institui sineret. *Regem* eum fuisse nonnullis e scholiastae verbis ad Pind. Carm. Ol. III, 68 effici posse videtur. Scribit enim scholiasta l. l. *Τηλέμαχος γάρ τις καταλύσας τὴν Φαλάριδος τυράννιδα ἐν 'Ακράγαντι τ ὴ ν β α σ ι λ ε ί α ν ἐκτήσατο.* Alii [5]) Telemachum eiusque successores, Alcamenem et Alcandrum [6]) *αἰσυμνήτας* vocant. Sed nihil hac de re constat neque de eorum regno quicquam innotuit. Usque ad Theronis aetatem Agrigentinorum historia in historicorum silentio latet.

---

1) Diod. Sic. IX. 38. Freeman o. l. II 72.

2) Schol. ad Pind. Carm. Ol. III 68.

3) Ovid. Ib. 441—444. Heracl. Pont. fr. 37. Quae narrat Valerius Max. III 3 2, ubi Z e n o „increpitans Agrigentinis ignaviam ac timiditatem effecit ut subito mentis impulsu concitati, Phalarin lapidibus prosternerent", non digna sunt quae refellantur. In Iamblichi vita Pythagorae (c. 32) Pythagoras Phalaridis tyrannidem delevisse dicitur. De hac re v. Freeman o. l. II p. 475—476.

4) Plut. Reip. ger. praec. 28.

5) Siefert o. l. p. 64. Plass. Tyrannis. I. p. 306.

6) Apud Heracl. Pont. (fr. 37). A l c a m e n e s succedit Phalaridi. Scribit: l.l. *μεθ' ὃν* (Phalarin) *'Αλκαμένης παρέλαβε τὰ πράγματα καὶ μετὰ τοῦτον ῎Αλκανδρος προέστη, ἀ ν ὴ ρ ἐ π ι ε ι κ ή ς. καὶ εὐθένησαν οὕτως ὡς περιπόρφυρα ἔχειν ἱμάτια.*

II.

Theron quomodo viam ad tyrannidem sibi aperuerit docemur a Polyaeno. Scribit enim hic VI, 51: *Θήρων 'Ακραγαντῖνος δορυφόρους μὲν ἔχων ἐν ἀποῤῥήτῳ παρεσκευασμένους, χρημάτων δ' οὐκ εὐπορῶν πρὸς τὰς μισθοδοσίας, τῆς πόλεως 'Αθηνᾷ μεγαλοπρεπῆ νᾶον ἐγειρούσης ἐπειδὴ τὰ χρήματα ἐν ταῖς ἐργασίαις διεκλέπτετο, ἔπεισεν ἀθρόαν ἔκδοσιν ποιήσασθαι τοῦ νεὼ καὶ λαβεῖν ἐγγυητὰς ἀξιοχρέους καὶ ὁρίσαι προςθεσμίαν ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν συντελεσθήσεται. Ἔδοξεν ὀρθῶς λέγειν καὶ ἡ πόλις πεισθεῖσα τὸ ἔργον ἐξέδωκεν. 'Ηργολαβεῖτο Γόργος Θήρωνος. 'Επεὶ δὲ τὸ τῆς πόλεως ἀργύριον ἔλαβεν οὔτε τέκτονας οὔτε λιθοξόους οὔτ' ἄλλους δημιουργοὺς ἐμισθώσατο, ἀλλὰ κατὰ τῆς δούσης πόλεως μισθὸν τοῖς δορυφόροις ἔδωκε καὶ τοῖς ἰδίοις χρήμασιν 'Ακραγαντῖνοι ὑπὸ Θήρωνος ἐτυραννεύθησαν.* Haec quo anno facta sint effici potest e verbis Diodori [1] . . . *ἤχθη δὲ παρ' 'Ηλείοις 'Ολυμπιὰς ἑβδομηκοστὴ καὶ ἑβδόμη . . . 'Επὶ δὲ τούτων κατὰ μὲν τὴν Σικελίαν Θήρων ὁ 'Ακραγαντίνων δυνάστης ἐτελεύτησεν, ἄ ρ ξ α ς ἔ τ η δέκα καὶ ἕξ.*

Theronis maiores Rhodo quidem in Siciliam migrasse constat non vero ut supra iam dictum est, eos inter Agrigenti conditores fuisse. Origine eos Thebanos fuisse apud omnes traditum invenimus, sed variae inveniuntur genealogiae [2]).

Maximi momenti Theronis tyrannis in historia Agrigenti fuit. Eius enim temporibus Carthaginiensibus iam dudum Graecorum in diem crescenti potestati invidentibus, Himeraeorum tyrannus Terillus occasionem ad bellum cum Graecis Siciliae incolis ineundum obtulit. Terillus enim, Crinippi filius, socer Anaxilai Rhegii tyranni, cum Therone bellum inierat. Victor in hoc bello Theron fuit, a quo Himera expulsus Terillus ad generum suum Anaxilaum confugerat [3]). Anaxilaus, filiis suis obsidibus traditis, Carthaginiensibus ut opem sibi ferrent persuasit [4]). Hamilcar, Carthaginiensum dux, cum mare Libycum traiceret tempestate

1) Diod. Sic. XI. 53.
2) Schol. ad Pind. Carm. Ol. II. 16. 82. III 68. Holm. o. l. I p. 414. Siefert. o. l. p. 64.
3) Herod. VII 165—167.
4) Herod. l.l. Diod. Sic. XI. 1. 20.

afflictus, navibus quibus equi et currus transvehebantur amissis, Panormitanum portum intravit et damna naufragii resarsit. Quarto die exercitum recreatum adversus Himeraeorum urbem, quam Theron obtinebat, duxit eamque obsidere coepit. Himeraeos eruptionem facientes fudit, tantumque iis iniecit timorem ut Theron legatos mittere Syracusas constituerit qui a Gelone auxilium peterent. Hic magno cum exercitu quam maximis potuit itineribus Himeram properavit, quo cum venisset, in hostium exercitu funditus delendo fortuna adiutus [1]), urbem obsidione liberavit, ingentemque fecit praedam, quam partim secum duxit Syracusas, partim Himeraeis Agrigentinisque dono dedit. Agrigentini tantum sunt nacti numerum captivorum *ὥστε πολλοὺς τῶν ἰδιωτῶν παρ' αὐτοῖς ἔχειν δεσμώτας πεντακοσίους. Συνεβάλετο γάρ*, ita pergit Diodorus Siculus [2]), *αὐτοῖς πρὸς πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων οὐ μόνον ὅτι πολλοὺς στρατιώτας ἀπεσταλκότες ἦσαν ἐπὶ τὴν μάχην* (captivos enim Gelo inter socios distribuerat *κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν συστρατευσάντων τὴν ἀναλογίαν ποιησάμενος*), *ἀλλὰ καὶ διότι, γενομένης τῆς τροπῆς πολλοὶ τῶν φευγόντων εἰς τὴν μεσόγειον ἀνεχώρησαν μάλιστα δ' εἰς τὴν 'Ακραγαντίνων*, — unde apparet Theronis temporibus Agrigentinorum fines iam late patuisse —, *ὧν ἁπάντων ὑπὸ τῶν 'Ακραγαντίνων ζωγρηθέντων ἔγεμεν ἡ πόλις τῶν ἑαλωκότων*. Inde a victoria ad Himeram reportatam usque ad urbem a Carthaginiensibus expugnatam, florentissimae erant Agrigentinorum res. Hisce temporibus pleraque sunt extructa templa illa aliaque aedificia quae urbem reddiderunt *καλλίσταν βροτεᾶν πολίων* [3]). Quo de tempore prius quam agitur paucis est agendum de templis ante Theronis aetatem extructis et de arce.

Ex loco Polyaeni [4]), ubi narratur quo modo Phalaris tyrannide sit potitus, apparet iam Phalaridis temporibus extitisse templum „Iovis Tutoris Urbis" (Ζεὺς Πολιεύς); idem locus docet iam antiquissimis urbis temporibus Cereris templum in

1) Holm. o. l. I. p. 205 sqq.
2) Diod. Sic. XI. 25.
3) Pind. Carm. Pyth. XII, 1.
4) Polyaen. V, 1.

urbe fuisse, nam Θεσμοφορίων ὄντων Phalaris a Polyaeno tyrannidem occupasse dicitur. Templum Iovis Tutoris Urbis erat in *arce.*

Quae pars collis Agrigentini pro arce sit habenda primum est quaerendum. Serra di Falconis opinione arx extendebatur ab ecclesia cui nomen „S. Maria dei Greci" (in oppido „Girgenti") usque ad ecclesiam „di S. Biago". Secundum enim hunc auctorem [1]) templum Iovis Atabyrii, quod Polybius in arce fuisse scribit [2]), et templum Minervae, quod a Polyaeno memoratur VI 51, et a Polybio ἐπὶ τῆς κορυφῆς arcis fuisse dicitur erant in monticulo hodie „Rupe Atenea" dicto. „Rupe Atenea" igitur Serra di Falco putat esse partem *arcis.* Siefertius „Rupe Atenea" ab arce distinguit, sed templa Iovis Atabyrii et Minervae in summo hoc monticulo (Rupe Atenea) fuisse contendit [3]). Schubringius utramque opinionem refellit. „Rupe Atenea" partem fuisse arcis negat; templa in summo hoc monticulo fuisse parum verisimile ducit, cum nulla templi vestigia ibi inveniantur, et „der oberste Felsknopf selbst eine so geringe wennauch rechteckige Fläche (hat), dass er kaum einen kleinen Tempel, etwa ein Tempel in antis, tragen konnte, (obgleich auch für den die Breite Kaum ausreicht), geschweige denn zwei." Serra di Falconis opinionem reicit quod Graeci „Burgen von einer Stunde Länge" condere non solerent, et murus, quo arcem Agrigentinos circumdedisse apparet e Polybii et Polyaeni verbis „bei dieser Ausdehnung sowohl undenkbar, als auch weder der Oertlichkeit angemessen (sei)." Arx, si Schubringio, quem omnes hodie sequuntur, credimus, in ea erat parte collis in qua hodie oppidum „Girgenti" situm est. Tria secundum illum erant arci nomina: Acropolis, Atabyrium, λόφος 'Αθήναιος. Apud Steph. Bys. s. v. 'Αταβύριον enim haec legimus:.. Ἔστι καὶ Σικελίας 'Αταβύριον ὡς Τίμαιος, et Polybius scribit Iovis *Atabyrii* templum fuisse in *arce*, unde verisimillimum est arcem Agrigentinam nomen „Atabyrium" a templo Iovis Atabyrii traxisse.

---

1) Schubring o. l. p. 22.
2) Polyb. IX, 27.
3) Siefert. o. l. p. 89.

Nomen „λόφος 'Αθήναιος" apud Diodorum [1]) invenitur. Carthaginiensibus Agrigento appropinquantibus Agrigentinos octingentos conduxisse narrat hic Campanos; οὗτοι δὲ κατέσχον τὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως λόφον, τὸν 'Αθήναιον μὲν ὀνομαζόμενον, κατὰ δὲ τῆς πόλεως εὐφυῶς κείμενον. Minervae templum cum in *arce* esset, nomen 'Αθήναιον λόφον arcem indicare Schubringius pro certo habet; contra Freemanus ad Diodori verba adnotat: „This, there can be no doubt, is the point now called, but hardly by a continuous tradition, Rupe Atenea." [2])

Arx erat „κατὰ μὲν τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν ἀπροσίτῳ φάραγγι περιεχομένη, κατὰ δὲ τὴν ἔντος μίαν ἔχουσα πρόσοδον ἐκ τῆς πόλεως" [3]), unde apparet κατὰ τὴν ἔντος ἐπιφάνειαν muro Agrigentinos arcem munivisse, quod etiam e Polyaeni verbis „περιφράξαι" et „περίβολος" verisimile fit. 'Η κατὰ τὴν ἔντος ἐπιφάνειαν πρόσοδος procul dubio ea erat porta, quae hodie „Porta di Ponte" appellatur, quae est porta oppidi Girgenti orientalis. Duas habuisse portas arcem contendit Schubringius: portam quam Polybius dicit „κατὰ τὴν ἔντος ἐπιφάνειαν πρόσοδον", et portam „occidentalem", quam inter „Seminarium" et ecclesiam „del Carmine" fuisse perhibet, per quam Hanno (a⁰. 210) „emissus, adsumpto comite Epicyde cum paucis ad mare pervenit, et in Africam traiecit" [4]). Arx secundum Polybium „ὑπέρκειται κατ' αὐτὰς τὰς θερινὰς ἀνατολάς. Recte Schubringius [5]) legendum esse censet pro „ἀνατολάς" „δύσεις". Freemanus [6]) existimat „that Polybios like many of us had the weakness of calling east west and west east".

1) Diod. Sic XIII, 85.

2) Freeman. o. l. I, p. 433.

3) Polyb. IX, 27.

4) Liv. XXVI, 40. Schubring o. l. p. 23—24. Denken wir uns das römische Heer bis S. Niccola vorgedrungen, so wäre es zwar immer möglich, dass Hanno durch das Thor von Herakleia oder Gela entwischt wäre; da er aber doch nach Afrika wollte, so wird er schwerlich nach Osten geflohen sein, und da er sich wahrscheinlich auf der Akropolis mit dem Kerne des Heeres befand, so wird er eher von da nach Westen geeilt sein, als durch das den Feinden nahe Thor von Herakleia. Somit können wir diese Erzählung als einen Beweis des westlichen Akro. polisthores gelten lassen.

5) Schubring o. l. p. 22.

6) Freeman o. l. I, p. 434.

Tria traduntur in arce fuisse templa: Iovis Tutoris Urbis, Iovis Atabyrii, Minervae. Templum Iovis Tutoris Urbis a templo Iovis Atabyrii esse distinguendum omnes [1]) qui ante Schubringium de Agrigentinorum scripserunt urbe, opinabantur. Sed dubitari non potest quin Ζεὺς Ἀταβύριος idem sit deus ac Ζεὺς Πολιεύς. Iovem enim Atabyrium summa religione Rhodios coluisse apparet e Pindari Carm. Ol. VII 87. Apoll. III 2, 1, Diod. Sic. V, 59, Steph. Byz. s. v. Ἀταβύριον en Κρητινία, et verisimillimum est Agrigentinos, quippe qui ipsi Rhodo essent oriundi quorumque in numero multos fuisse Rhodios constat statim post urbem conditam Iovi Atabyrio exstruxisse templum, ut eius Tutor esset [2]).

Iovis Atabyrii templum in summa erat arce. Ecclesia „di S. Gerlando" in eius fundamentis extructam esse credunt viri docti: „Die grossen Stuffen und Quaderbauten, die aus den Boden hervorragen", Schubringius pro Iovis Atabyrii templi reliquiis habet. Hoc in templo ut supra dictum est, Phalaridis fuisse taurum idem verisimile ducit.

Alterum templum quod in arce fuisse traditur sacrum erat Minervae [3]).

Templum μεγαλοπρεπές iam ante Theronis aetatem exstrui coeptum, secundum Scholiastam ad Pind. Carm. Ol. II, 16. περιττῶς erat ἁγιστευόμενον. A templo Iovis Atabyrii meridiem versus erat, ubi hodie est ecclesia „S. Maria dei Greci" [4]). Erat „νέως ἑξάστυλος περίπτερος"; columnae triginta quattuor fuisse numero videntur. Supersunt octo columnae peristyli, tres gradus, pars parietis cellae, pars fundamenti, „ein paar Stücke Gebälk die im Vorhof liegen" [5]). Hoc in templum Gellias, ditissimus ille Agrigentinus, Agrigento a Carthaginiensibus expugnato, perfugit, sperans

1) Schubring o. l. p. 24.

2) Schubring o. l. p. 24.

3) Λινδίας, non ut vult Siefertius o. l. p. 89. Πολιάδος. Schubring o. l. p. 26: Nach der Lage an dieser hervorragenden Stelle ist zu schliessen, dass wir hier mit dem altehrwürdigen Cultus der Athene Lindia zu thun haben ... wengleich der Beiname Polias nirgends bezeugt ist.

4) Holm. o. l. I, p. 303.

5) Schubring o. l. p. 26.

„τῆς εἰς θεοὺς παρανομίας ἀφέξεσθαι τοὺς Καρχηδονίους". At ubi vidit Carthaginiensium impietatem, templum incendit et μετὰ τῶν ἐν τούτῳ ἀναθημάτων periit [1]). Templum postea restituisse Agrigentinos credere licet. Permirum est nullum cultus Minervae vestigium in nummis urbis inveniri [2]).

Cereris templum, quod iam antiquissimis urbis temporibus extitisse probare videntur verba Polyaeni [3]), Θεσμοφορίων ὄντων Phalaridem tyrannide potitum esse scribentis, qua in parte urbis fuerit incertum est. Nonnulli in reliquiis antiqui templi, quae in ecclesia „S. Biagio" inveniuntur, Cereris templum se repperisse putant, alii Acragantis fluvii templum hic fuisse contendunt [4]). Procul dubio templi reliquiae antiquissimis urbis temporibus sunt adscribendae, nam templum erat „in antis"; neque autem antae neque columnae supersunt. Nihil prorsus superest nisi gradus meridionales, pars parietis cellae et paries πρόναου.

Post victoriam apud Himeram reportatam florentissimae erant Agrigentinorum res. Agrigentum eo tempore urbs erat mercatoria [5]) non parvi momenti, cuius ex emporio quod ostio fluvii hodie „Fiume di Girgenti" dicti adiacuisse constat [6]), exportabantur fruges quos fertilissimi Agrigentinorum agri efferebant. Mite coelum agrorum

---

1) Diod. Sic. XIII, 90. 2) Schubring o. l. p. 27.

3) Polyaen. V, 1; Cf.: Pind. Carm. Pyth. XII, 2; Schol. Pind. Ol. II, 16; Siefert. o. l. p. 90.

4) Schubringius „aediculam Acragantis" in summo monticulo cui Rupe Atenea est hodie nomen, fuisse verisimile ducit. Holm. o. l. I, p. 302. Schubring o. l. p. 44—45.

5) Diod. Sic. XIII, 81.

6) Schubring o. l. p. 6. Die Schiffe von Akragas stationierten nun nicht etwa in dem heutigen Hafen, der mit dem klassischen Namen Porto Empedocle geschmückt und mit den Steinen des Zeustempels gebaut ist, da wo man an der kleinen Bucht mit Hülfe eines Molo einen nothdrüftigen Landungsplatz hergestellt hat, sondern an der Mündung des Flusses Hypsas (cf. strab. VI, 2. 1.). Die Kleinheit der Handelsschiffe der Alten erforderte nicht eine besondere Hafenausstattung sondern die Mündung des Flusses genügte zum Anlaufen und dann wurden die Fahrzeuge aufs Trockene gezogen. Hiervan giebt Rhegium in der Sicilischen Meerenge ein eclatantes Zeugnis; dieses war im Alterthum trotz der absoluten Abwesenheit jeder Art von Ankerplatz dennoch eine viel berühmtere Schiffs- und Seestadt als das gegenüberliegende Zancle mit seinem ausgezeichneten Zichelhafen.

fertilitati favebat; nonnunquam quidem torridis etesiis [1]) (Sirocco) fruges interibant et noxiis exhalationibus Hypsae fluvii interdum regiones occidentales pestilentes fiebant [2]), sed in universum Agrigentini saluberrimo utebantur caelo. Quidquid dabant agri, frumentum, oleum, vinum [3]), magno lucro vendere solebant incolae, quorum quanta fuerit opulentia apparet ex iis quae de paene incredibilibus [4]) Gelliae [5]) et Antisthenis tradita invenimus divitiis apud Diodorum Siculum; scribit enim hic auctor [6]): Ὁ δὲ τῶν Ἀκραγαντίνων σχέδον πλουσιώτατος ἦν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Γελλίας, ὃς κατὰ τὴν οἰκίαν ξενῶνας ἔχων πλείους πρὸς ταῖς πύλαις ἔταττεν οἰκέτας, οἷς παρηγγελμένον ἦν ἅπαντας τοὺς ξένους καλεῖν ἐπὶ ξενίᾳ. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἀκραγαντίνων ἐποίουν τὸ παραπλήσιον, ἀρχαϊκῶς καὶ Φιλανθρώπως ὁμιλοῦντες. Διόπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ αὐτῶν· „ξείνων αἰδοῖοι λιμένες, κακότητος ἄπειροι". Καὶ δή ποτε πεντακοσίων ἱππέων παραγενομένων ἐκ Γέλας, χειμερίου περιστάσεως οὔσης, καθάπερ Φησὶ Τίμαιος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ βίβλῳ, πάντας αὐτοὺς ὑπεδέξατο καὶ παραχρῆμα πᾶσιν ἱμάτια καὶ χίτωνας ἔνδοθεν προενέγκας ἔδωκε. Καὶ Πολύκλειτος ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐξηγεῖται περὶ τοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν πιθεῶνος, λέγων ὡς διαμείναντος αὐτοῦ στρατευομένου ἐν Ἀκράγαντι τεθεωρηκέναι. Εἶναι δ' ἐν αὐτῷ τριακοσίους μὲν πίθους ἐξ αὐτῆς τῆς πέτρας τετρημένους, ἕκαστον ἑκατὸν ἀμΦορεῖς χωροῦντα.

---

1) Diog. Laert. VIII, 60: Φησὶ δὲ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ κατὰ πολλοὺς τρόπους τεθαυμάσθαι τὸν ἄνδρα (sc. Empedoclem). Καὶ γὰρ ἐτησίων ποτὲ σφοδρῶς πνευσάντων, ὥστε τοὺς καρποὺς λυμῆναι, κελεύσας ὄνους ἐκδαρῆναι καὶ ἀσκοὺς ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε πρὸς τὸ συλλαβεῖν τὸ πνεῦμα. Λήξαντος δέ, Κωλυσανέμαν κληθῆναι.

Tim. fr. 94. Muller I, p. 215—216. Suidas s. v. Ἐμπεδοκλῆς et s. v. Ἄπνους. Schubring o. l. p. 29.

2) Exercitus tam Romanorum quam Carthaginiensium, qui in hac regione castra sua posuerant, pestilentia invasit. Cf. Diod. Sic. XIII, 86. Polyb. I, 19.

3) Diod. Sic. XI, 25.

4) Freeman o. l. II, p. 391: We may be sure that a good deal of exaggeration lurks in the pictures which are drawn for us of Akragantine wealth and luxury, ... but the exaggeration itself shows that there was something to exaggerate.

5) Gellias ab aliis dicitur Tellias (Suidas s. v.), ab aliis Gillias (Val. Max. IV, 8).

6) Diod. Sic. XIII, 83.

Gelliae divitiis non cessisse Antisthenem probant verba eiusdem auctoris quae leguntur XIII, 84. Scribit enim Diodorus: *Ἀντισθένης γοῦν ὁ ἐπικαλούμενος Ῥόδος γάμους ἐπιτελῶν τῆς θυγατρὸς εἱστίασε τοὺς πολίτας ἐπὶ τῶν στενωπῶν ὧν ᾤκουν ἕκαστοι, καὶ ζεύγη τῇ νύμφῃ συνηκολούθησε πλείω τῶν ὀκτακοσίων. Πρὸς δὲ τούτοις οὐ μόνον οἱ κατ' αὐτὴν τὴν πόλιν ἱππῆς ἀλλὰ καὶ τῶν ἀστυγειτόνων πολλοὶ κληθέντες ἐπὶ τὸν γάμον συνεπρόπεμψαν τὴν νύμφην. Περιττότατον δέ φασι γενέσθαι τὸ περὶ τὴν τοῦ φωτὸς κατασκευήν. Τούς τε γὰρ βωμοὺς τοὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἱεροῖς καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς τοῖς στενωποῖς καθ' ὅλην τὴν πόλιν ἐπλήρωσε ξύλων καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων ἔδωκε σχίδακας καὶ κληματίδας, παραγγείλας, ὅταν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἀναφθῇ πῦρ, ἅπαντας ἐπιτελεῖν τὸ παραπλήσιον. Ὧν ποιησάντων τὸ προςταχθέν, καθ' ὃν καιρὸν ἤγετο ἡ νυμφη, προηγουμένων πολλῶν τῶν τὰς δᾷδας φερόντων, ἡ μὲν πόλις ἔγεμε φωτός, τὸ δὲ συνακολουθοῦν πλῆθος*[1] *οὐκ ἐχώρουν αἱ δημόσιαι κατὰ τὸ ἑξῆς ὁδοί, πάντων φιλοτιμουμένων τῇ τἀνδρὸς μεγαλοπρεπείᾳ.*

Praeter Gelliam et Antisthenem multos alios Agrigentinos opibus maxime floruisse apparet e Diodori verbis[2]: *οὐ μόνον δὲ περὶ τὸν Γελλίαν συνέβαινεν εἶναι τοῦ πλούτου μεγαλοπρέπειαν ἀλλὰ καὶ περὶ πολλοὺς ἄλλους Ἀκραγαντίνους*, nec minus ex iis quae idem scribit XIII, 82: *καθόλου δὲ καὶ τὰς ἀγωγὰς εὐθὺς ἐκ παίδων ἐποιοῦντο* (Agrigentini) *τρυφερὰς τήν τ' ἐσθῆτα φοροῦντες καθ' ὑπερβολὴν καὶ χρυσοφοροῦντες ἔτι δὲ στλέγγισι καὶ ληκύθοις*

---

1) Quot homines quo tempore florentissimae erant Agrigentinorum res urbem eiusque fines incoluerint effici potest e verbis Diodori Siculi: *κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν χρόνον Ἀκραγαντῖνοι μὲν ἦσαν πλείους τῶν δισμυρίων σὺν δὲ τοῖς κατοικοῦσι ξένοις οὐκ ἐλάττους τῶν εἴκοσι μυριάδων.* (XIII, 84). Huc accedit permagnus captivorum numerus quibus Agrigentinos post pugnam Himerensem potitos esse iam dictum est, (*ὥστε πολλοὺς τῶν ἰδιωτῶν παρ' αὐτοῖς ἔχειν δεσμώτας πεντακοσίους*), quare nihil obstat quominus vera sint quae tradita invenimus apud Diog. Laert. VIII, 63, ubi octingenta milia hominum urbem incoluisse dicuntur. Hi omnes procul dubio non in ipsa urbe habitabant, sed multos ruri vixisse verisimile est. Omnes tamen urbem capere potuisse apparet e Diod. Sic. XIII, 81. Carthaginiensibus enim urbi appropinquantibus omnes intra urbis moenia se receperunt.

2) Diod. Sic. XIII, 84.

ἀργυραῖς τε καὶ χρυσαῖς χρώμενοι [1]). Complures satis erant divites qui equos alerent, nam Exaenetum Agrigentinum qui Olympia vicisset, cives *κατῆγον εἰς τὴν πόλιν ἐφ' ἅρματος, συνεπόμπευον δ' αὐτῷ χωρὶς τῶν ἄλλων, συνωρίδες τριακόσιαι λευκῶν ἵππων παρ' αὐτῶν τῶν Ἀκραγαντίνων* [2]), et Antisthenis filiam sponsam commitabantur secundum Diodorum [3]) *ζεύγη πλείω τῶν ὀκτακοσίων*. Saepius Agrigentini equi in ludis gymnicis victoriam reportasse traduntur. Iam Empedoclis avum equos aluisse et Olympia vicisse auctor est Diogenes Laertius [4]). Theronis equi itemque eius fratris Xenocratis saepius vicerunt [5]), et a Vergilio Agrigentum appellatur: magnanimum quondam generator equorum" [6]). Memorat etiam Diodorus [7]) monumenta quae Agrigentini *τοῖς ἀθληταῖς ἵπποις κατεσκεύασαν*. Robur exercitus equitatus erat [8]). Mulos quoque egregios Agrigentini aluisse videntur [9]).

De Agrigentinorum vitae ratione perpauca tantum tradita invenimus apud Diodorum, qui totum de Agrigentinorum divitiis locum ex Timaeo hausisse videtur [10]). Laute quin vixerint urbis incolae dubitari non potest. Dixisse enim fertur Empedocles: *Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι* [11]), quod probare videtur piscina post victoriam apud Himeram reportatam

---

1) Addit Ael. V. H. XII:.. *καὶ ἐλεφαντίνας κλίνας εἶχεν ὅλας*. cf. Tim. fr. 118. (Müller I, p. 221).

2) Diod. Sic. XIII, 82.

3) Diod. Sic. XIII, 84.

4) Diog. Laert VIII, 60.

5) Pind. Carm. Ol. II, III. Pyth. VI. Isthm. II. Schubring o. l. p. 35: Schöne uns erhaltene Deka- und Tetradrachmen zeigen uns eilende Viergespannen, durch fliegende Victorien gekrönt und auf kleineren Silbermünzen sind springende galoppirende Pferde oder Pferdeköpfe im Felde.

6) Vergil. Aen. III, 704.

7) Diod. Sic. XIII, 82. Sol. XLV, 11.

8) Diod. Sic. IX, 53. XX, 56. XXII, 21. Plut. Vit. Dion. 26. Sil. Ital. XIV, 208.

9) Pind. Carm. Ol. IV, V. Schubring o. l. p. 36... und welche noch heute in Girgenti durch Schönheit und Kraft sich auszeichnen: ich habe nirgends in Sicilien so schöne Gespanne zu Vergnügungsfahrten gesehen.

10) Cf. Müller ad Tim. fr. 118. (I, p. 221).

11) Diog. Laert. VIII, 63.

facta, in qua pisces alebantur *εἰς τὰς δημοσίας ἑστιάσεις*[1]). Eorum hospitalitatem laudat Diodorus[2]). Vino dediti fuisse non videntur; unum tantum exemplum ebrietatis, vel potius iuvenilis lasciviae traditum est[3]), et recte scribit Freemanus[4]): otherwise the worst that we hear is that the Akragantines from their boyhood wore soft clothing and gold ornaments".

Luxuria tamen Agrigentinorum animos effeminasse apparet e decreto quod tradit Diodorus[5]), hisce verbis usus: *Διὰ δὲ τὸ μέγεθος τῆς κατὰ τὴν πόλιν εὐπορίας τοσαύτην συνέβαινε τρυφὴν εἶναι παρὰ τοῖς Ἀκραγαντίνοις, ὥστε μετ' ὀλίγον τῆς πολιορκίας γενομένης ποιῆσαι ψήφισμα περὶ τῶν ἐν τοῖς φυλακείοις διανυκτερευόντων, ὅπως μή τις ἔχῃ πλεῖον τύλης καὶ περιστρώματος καὶ κωδίου καὶ δυοῖν προσκεφαλαίων. Τοιαύτης δὲ τῆς σκληροτάτης στρωμνῆς ὑπαρχούσης ἔξεστι λογίζεσθαι τὴν κατὰ τὸν λοιπὸν βίον τρυφήν.*

Ipsa urbs pulcherrimis erat ornata aedificiis[6]). In viis[7]) quae

---

1) Diod. Sic. XIII, 82. XI, 25... *εἰς τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν.*

2) Diod. Sic. XIII, 83.

3) Athen. II, 2 p. 37 B. Tim. fr. 114. (Müller I, p. 221): *Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης ἐν Ἀκράγαντι οἰκίαν τινά φησι καλεῖσθαι Τριήρη, ἐξ αἰτίας τοιαύτης· Νεανίσκους τινὰς, ἐν αὐτῇ μεθυσκομένους, ἐς τοσοῦτον ἐλθεῖν μανίας, ἐκθερμανθέντας ἀπὸ τῆς μέθης, ὡς νομίζειν μὲν ἐπὶ τριήρους πλεῖν, χειμάζεσθαι δὲ χαλεπῶς κατὰ τὴν θάλασσαν· καὶ τοσοῦτον ἔκφρονας γενέσθαι, ὡς τὰ ἀπὸ τῆς οἰκίας πάντα σκεύη καὶ στρώματα ῥίπτειν, ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, τὴν ναῦν διὰ τὸν χειμῶνα ἀποφορτίζεσθαι δόξαν αὐτοῖς λέγειν τὸν κυβερνήτην. Συναθροιζόμενων οὖν πολλῶν, καὶ τὰ ῥιπτόμενα διαρπαζόντων, οὐδ' ὣς παύεσθαι τῆς μανίας τοὺς νεανίσκους. Καὶ τῇ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν, παραγενομένων τῶν στρατηγῶν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, ἐγκλιθέντες οἱ νεανίσκοι ἔτι ναυτιῶντες ἀπεκρίναντο πυνθανομένων τῶν ἀρχόντων, ὑπὸ χειμῶνος ἐνοχλούμενοι ἠναγκάσθαι ἀποφορτίσασθαι τῇ θαλάσσῃ τὰ περιττὰ τῶν φορτίων. Θαυμαζόντων δὲ τῶν στρατηγῶν τὴν ἔκπληξιν τῶν ἀνδρῶν, εἷς τῶν νεανίσκων, καίτοι δοκῶν τῶν ἄλλων πρεσβεύειν κατὰ τὴν ἡλικίαν, Ἐγὼ δ', ἔφη, ἄνδρες Τρίτωνες, ὑπὸ τοῦ δέους καταβαλὼν ἐμαυτὸν ὑπὸ τοὺς θαλάμους, ὡς ἔνι μάλιστα, κατωτάτω ἐκείμην. Συγγνόντες οὖν τῇ αὐτῶν ἐκστάσει, ἐπιτιμήσαντες μὴ πλείονος οἴνου ἐμφορεῖσθαι, ἀφῆκαν. Καὶ οἵ, χάριν ἔχειν ὁμολογήσαντες, Ἂν λιμένος ἔφησαν, τύχωμεν ἀπαλλαγέντες τοιούτου κλύδωνος, σωτῆρας· ὑμᾶς ἐπιφανῶς μετὰ τῶν θαλασσίων δαιμόνων ἐν τῇ πατρίδι ἱδρυσόμεθα, ὡς αἰσίως ἡμῖν ἐπιφανέντας. Ἐντεῦθεν ἡ οἰκία Τριήρης ἐκλήθη.*

4) Freeman o. l. II, p. 392.

5) Diod. Sic. XIII, 84.

6) Diog. Laert. VIII, 63. ... *οἰκίας δὲ σκευάζονται* (Agrigentini) *ὡς πάντα χρόνον βιωσόμενοι.*

7) Diod. Sic. XIII, 84. *„δημόσιαι ὁδοί." „στενωποί."*

per urbem ferebant statuae erant, signa, arae [1]). In media urbe forum fuisse videtur; bis tantum occurrit: Liv. XXVI, 40: „et cum agmine iam in media urbis ac forum magno tumultu iretur", Cic. Verr. IV, 94: „Herculis templum est apud Agrigentinos non longe a foro". Schubringius, quem plerique sequuntur, forum in valle cui nunc est nomen „Vallone Sala", fuisse contendit, ab ecclesia „S. Niccola" occasum solis versus [2]). Huc enim multae conveniunt viae, locusque peropportune situs est contra portam auream, portam Heracleae, portam Gelae. Holmius [3]) contra forum Agrigentinum prope Herculis templum quaerendum esse putat. Scribit: der Markt, den man in Seestädte dem Meere möglichst nahe anzulegen pflegte kann nur so mehr in der Nähe dieses Tempels gesucht werden, da unmittelbar westlich von seinen Ruinen in einer Vertiefung des Bodens das Thor war, durch welches der Weg zum Meere führte.

Gymnasia quin in urbe fuerint dubitari non potest; saepius enim Agrigentini in gymnicis certaminibus vicisse traduntur [4]). Etiam theatrum in urbe fuisse pro certo affirmare licet. Frontinus [5]) Agrigentinorum theatri mentionem facit, sed verisimile est eum Agrigentum cum Catana confudisse. Nihilo secius dubitari non potest quin theatrum in urbe fuerit, nam licet viginti quattuor tragoediae quas Empedocles scripsisse dicitur eius nepoti sint attribuendae qui post Agrigentum captum florebat, et Suidas licet Carcinum, qui centum sexaginta tragoedias scripsisse dicitur, cum Carcino Atheniensi confuderit, procul dubio Dinolochus, Epicharmi discipulus Agrigentinus, tragoedias suas in Agrigentinorum theatro scenae commisit [6]).

---

1) Diog. Laert. VIII, 2. Diod. Sic. XIII, 84.

2) Schubring o. l. p. 30. Dies ist der Platz, welche den Anforderungen eines Marktes entspricht (Curtius Att. Stud. II, 7, 9); eine Niederung, wo die Wegen zusammentreffen, vom Meere und vom Lande her, den drei Haupthoren der stadt wohlgeneigt ..... hier münden viele der Wasserleitungen welche die stadt durchzogen und hier sind besonders viel Reste erhalten.

3) Holm. o. l. I, p. 298.

4) Diod. Sic. XII, 82. XIII, 84.

5) Front. III, 2, 6. Schubring o. l. p. 31.

6) Schubring o. l. p. 31. Karsten. Emped. p. 64.

Odeum quoque in urbe fuisse quid obstat quominus affirmemus? Notissimus enim est Agrigentinorum amor artis musicae; canit Pindarus [1]):

καὶ γὰρ οὐκ ἀγνῶτες ὑμῖν ἐντὶ δόμοι
οὔτε κώμων, ὦ Θρασύβουλ', ἐρατῶν,
οὔτε μελικόμπων ἀοιδᾶν.

Midas tibicen Agrigentinus vicit Pythia et Panathenaea [2]), Platonem artem musicam docuit Metellus Agrigentinus [3]).

Memorantur porro aedificia a Gellia „publicis usibus [4])" extructa, porticus, monumenta „*ὑπὸ τῶν παρθένων καὶ παίδων ἐν οἴκῳ τρεφομένοις ὀρνιθαρίοις*" extructa. Templa denique splendidissima urbem ornaverunt, de quibus tamen non prius agendum quam paucis duo memorata sunt opera quae post victoriam apud Himeram reportatam a captivis Carthaginiensibus perfecta esse legimus apud Diodorum. Scribit Diodorus XI, 25: *οὗτοι* (captivi) *μὲν τοὺς λίθους ἔτεμνον ἐξ ὧν οὐ μόνον οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν ναοὶ κατεσκευάσθησαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τῶν ὑδάτων τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐκροὰς ὑπόνομοι κατεσκευάσθησαν τηλικοῦτοι τὸ μέγεθος, ὥστε ἀξιοθέατον εἶναι τὸ κατασκεύασμα, καίπερ διὰ τὴν εὐτέλειαν καταφρονούμενον. Ἐπιστάτης δὲ γενόμενος τούτων τῶν ἔργων ὁ προσαγορευόμενος Φαίαξ διὰ τὴν δόξαν τοῦ κατασκευάσματος ἐποίησεν, ἀφ' ἑαυτοῦ κληθῆναι τοὺς ὑπονόμους Φαίακας. Κατεσκεύασαν δ' οἱ Ἀκραγαντῖνοι καὶ κολυμβήθραν πολυτελῆ, τὴν περίμετρον ἔχουσαν σταδίων ἑπτά, τὸ δὲ βάθος πηχῶν εἴκοσιν. Εἰς δὲ ταύτην ἐπαγομένων ποταμῶν καὶ κρηναίων ὑδάτων ἰχθυοτροφεῖον ἐγένετο, πολλοὺς παρεχόμενον ἰχθῦς εἰς τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν. κύκνων τε πλήθους εἰς αὐτὴν καταπταμένου, συνέβη τὴν πρόςοψιν αὐτῆς ἐπιτερπῆ γενέσθαι. Ἀλλ' αὐτὴ μὲν ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις ἀμεληθεῖσα συνεχώσθη καὶ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου κατεφθάρη.*

Idem XIII, 82 de piscina scribit: *Ἦν δὲ καὶ λίμνη κατ'*

1) Pind. Carm. Isthm. II, 80.
2) Pind. Carm. Pyth. XII. De Mida cf. Schol. ad Pind. Carm. Ol. XII.
3) Plut. de mus. 17.
4) Val. Max. IV, 8,

ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐκτὸς τῆς πόλεως χειροποίητος, ἔχουσα τὴν περίμετρον σταδίων ἑπτά, τὸ δὲ βάθος εἴκοσι πηχῶν, εἰς ἣν ἐπαγομένων ὑδάτων, ἐφιλοτέχνησαν πλῆθος ἰχθύων ἐν αὐτῇ ποιῆσαι παντοίων εἰς τὰς δημοσίας ἑστιάσεις μεθ' ὧν συνδιέτριβον κύκνοι καὶ τῶν ἄλλων ὀρνέων πολὺ πλῆθος ὥστε μεγάλην τέρψιν παρασκευάζειν τοῖς θεωμένοις. Schubringius opinatur Diodori verba *οὗτοι — κατεσκευάσθησαν* corrupta esse tradita, nam „unzweifelhaft kannte der Historiker aus Felsterrain von Akragas zu gut, als dass er unterirdische Leitungen mit *Steinen* hätte bauen wollen. Sodann scheint es als ob man sich *Cloaken* vorzustellen habe, aber nicht diese, sondern Leitungen frischen Trinkwassers waren bei der wasserlosen Stadt die Hauptsache" [1]). Persuasum sibi habet Schubringius phaeacas cum piscina cohaesisse [2]), quod si verum est procul dubio phaeaces pro cloacis habendi non sunt, nam in piscina pisces alebantur *εἰς τὰς δημοσίας ἑστιάσεις, μεθ' ὧν συνδιέτριβον κύκνοι τε καὶ τῶν ἄλλων ὀρνέων πολὺ πλῆθος.* Nomen opificis idem fictum esse existimat, nomen „phaeaces" ei cohaerere videtur cum adiectivo „*φαιός*" [3]). Piscinam cum extra urbem fuisse legamus apud Diodorum, Schubringius eam in infima urbis parte, qua spectat urbs inter meridiem et solis occasum, fuisse sibi persuasum habet, quam ad opinionem complures eum adduxerunt causae. Non modo enim canales, qui ab eodem fere loco prope monticulum „Rupe Atenea" initium capiunt, non longe a loco ubi piscinam fuisse perhibet Schubringius conveniunt, sed etiam multa hoc loco conspiciuntur fistularum ostia subterranearum. Saxa porro discussa Schubringii sententiam verisimillimam reddunt, necnon planities quam efficiunt, valles „Carovana" et „Sala" hanc in partem urbis convenientes, quae planities usque ad fluvium Hypsam extenditur et magna ex parte extra urbem est. Circuitus denique planitiei cum piscinae circuitu quem septem fuisse stadium scribit Diodorus convenit.

---

1) Schubring. o. l. p. 38.

2) Schubring. o. l. p. 38. Die unmittelbare Hinzufügung des Fischteiches lässt ferner vermuthen, dass dieser mit den Phaeaken in Verbindung stand.

3) Siefert. o. l. p. 35. Den Namen des Phaeax führen sie noch jetzt bei den Einwohnern Girgenti's, die sie „Condotti Feaci" nennen.

Piscina si eidem credere licet tribus erat inclusa aggeribus, quorum duo ab extremo colle usque ad Hypsam fluvium se extendisse, tertium huic fluvio parallelum fuisse contendit. Aqua supervacua ex piscina per foramen in aggere fluvio parallelo factum in Hypsam derivari potuisse Schubringius pro certo habet [1]).

Sed fac „phaeacas" pro cloacis [2]) esse habendos, tamen dubitari non potest quin aquaeductus subterranei Agrigenti extiterint. Ante enim aequaeductum, qui aquam ab oppido „Regalmare" Agrigentum ducit factum, Girgentini aquam ex „fonte" „Bonamorrone" prope ecclesiam „S. Niccola" haurire solebant. Qui fonti praeerat a Schubringio interrogatus, respondit „fontem" antiqui aquaeductus esse foramen; qua de re certior factus persuasit ei Schubringius ut secum in unum foraminum (spiri, spiragli) descenderet et ipsum fontem quaererent. „Mit Proviant und Licht versehen (verba sunt Schubringii [3]) machten wir uns unten nach Norden auf den Weg, gingen zwei Stunden bergan, fortwährend im Wasser tappend. Die Beschaffenheit fand ich folgendermassen: Wo wir hineinstiegen fand ich Schacht und Leitung mit schönen grossen Werkquadern gemauert, denn das Erdreich war Thon; der Aquädukt war fünf Fuss hoch, ungefähr zwei Fuss breit und an den Seitenwänden befanden sich viele Löcher, um die Lampen zu setzen, unter deren trüben Schein die karthagischen Sklaven hier gearbeit haben mögen. Unten waren zu beiden Seiten Schwellen und zwischen ihnen das eigentliche Canalbett. Dies war alles vorzüglich erhalten, bald aber, als wir in die Felsenregion gelangten waren sowohl die Schwellen verwittert als auch die Felswände nicht mehr grade. Meist waren diese zurechtgehauen und oben rund, aber an einigen Stellen waren natürliche Höhlungen dazu benutzt, die sich bis zu ansehnlicher Höhe wölbten, und deren unregelmässige Formen man durch künstliche Glättung nicht zu verschönern gesucht hatte. Von

1) Schubring. o. l. p. 39.

2) Siefert. o. l. p. 35. Sie dienten indess wohl nicht *alle* zur Abführung des Unraths, sondern ein Theil leitete auch frisches Wasser zur Stadt.

3) Schubring. o. l. p. 40.

Zeit zu Zeit sahen wir Luftschachte, die nicht zugeworfen waren und einen gewaltigen Wind verursachten, so dass unsere Lichter verlöschten. Eine derselben war 100 Meter hoch. Dann galt es Wasserfälle zu erklettern und Steinhaufen zu übersteigen. Fortwährend mündeten in unsern Gang andere kleinere, besonders von rechts, die wieder aus verschiedenen Adern zusammengesetzt waren, ich habe bis dreiszig gezählt; der unsrige aber war keineswegs eine grade Linie sondern drehte sich immer. Diese Schachte sieht man auch oben auf der Rupe Atenea, sie aber in einzelne Linien zusammenzulegen, ist bei dem Gewirre unmöglich. Nach längerer Zeit wurde ich durch die Weigerung meines Führers, mich ferner zu begleiten, zur Umkehr gezwungen; er behauptete, nach fünf Stunden Wanderung gelange man zur Quelle, er selbst sei auf diesem Wege bis zu ihr vorgedrungen, doch konnte er den Ort nicht angeben. Wie die Bussole zeigte, gingen wir gegen Norden und Nordosten, passirten die Rupe Atenea und waren schon ein Stück in das nördliche Thal hinausgelangt. Wenn ich also auch die Quelle leider nicht angeben kann, *so scheint mir das Vorhandensein unterirdische Aquädukte sicher bezeugt und zwar sind dieselben in dem Sehoosse der Rupe Atenea in die Stadt gelangt und der Abdachung folgend alle nach dem südwestlichen Punkte, in den Fischteich geflossen*".

Utrum etiam in arcem aquaeductus aquam duxerint necne, Schubringius in medio relinquit. Girgentinus quidam, nomine Niccola Alfano Pullicino, qui multos annos se in subterraneis vixisse aquaeductibus dicebat, Schubringio seriem ostendit [1]) foraminum inter oppidum Girgenti et vallem „Pipitusario", qua in valle piscinam Pullicino fuisse pro certo habebat. Sed foramina prope locum ubi Schubringius piscinam fuisse verisimile ducit cum tot sint numero, dubitari non potest quin huius opinio vera sit, praesertim cum etiam a monte Toro (Monserrato) et a promonturio in quo est templum Hephaesti, quod est a piscina inter occidentem solem et septentriones,

---

1) Schubring. o. l. p. 40.... nicht um Lohn, sondern unter der Bedingung seinen Namen zu publiciren.

aquaeductus subterranei aquam in locum, ubi Schubringius piscinam fuisse affirmat, duxisse videantur [1]).

De templis.

Quaenam templa statim post victoriam apud Himeram reportatam quaenam postea sint exstructa diserte definiri non potest [2]). Docemur a Diodoro Siculo captivos Carthaginienses lapides excidisse *ἐξ ὧν οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν ναοὶ κατεσκευάσθησαν*. Constat igitur Agrigenti lapicidinas extitisse. Etiamnunc lapicidinae prope monticulum „Rupe Atenea" inveniuntur, quae autem num Theronis iam aetate extiterint dubitant viri docti [3]). Materiem admodum mollem ab imbrium vi simul et solis arte tectoria (*κονίασις*) qua ceteris praestitisse dicuntur Agrigentini optime protegebant [4]).

Pleraque templa in parte urbis erant meridionali, in extremo colle: Ubi vorago, quae urbem circumdat, occidentem solem versus flectitur templum est vulgo *Iunonis* dictum *Laciniae*, quod nomen procul dubio falsum debet templum loco cuidam Pliniano, qui legitur N. H. XXXV, 64, ubi Zeuxis „tantus" fuisse dicitur „diligentia ut Agrigentinis facturus tabulam quam in templo Iunonis didicarent inspexerit virgines eorum nudas et quinque elegerit ut quod in quaque laudatum esset pictura redderet". Templum cum a Girgentinis „Torre delle Pulselle" [5]) diceretur, tabulam a Zeuxi pictam hoc in templo fuisse et templum pro Iunonis Laciniae esse habendum, erant qui opinarentur. Sed qui

---

1) Schubring. o. l. p. 44. Noch zweier vereinzelter *Gewässer* erwähne ich, die mit dem alten System wohl nichts zu thun haben: erstens einer Tränke an der Chaussee nach dem Porto Empedocle, unfern vom westlichen Thore von Girgenti, die halb bitteres aus der Stadt stammendes Wasser hat, und zweitens eines Brunnes im Süden der alten Stadt am Tempel des Asklepios, heute Casa S. Gregorio.

2) Holm. o. p. l. I, 295

3) Schubring. o. l. p. 32...... „Cavecta", die in der modernen Zeit so erweitert sind, dass man die antike Ausdehnung nicht mehr erkennen kann.

4) Diod. Sic. XIII, 83. Schubring. o. l. p. 32. Das vortreffliche Material verstanden dië Griechen so geschickt zu behandeln, dass, während der natürliche Fels mit Mauern und Gräbern durch den Zahn der Zeit zerstört worden ist, noch heute die Tempel so gut zusammenhalten dass man die Fugen der Quadern kaum zu sehn vermag, während der Stein wegen seiner Weichheit mit dem Messer geschnitten werden kann.

5) Holm. o. l. I, p. 295.

Plinii verba cum verbis Ciceronis, quae scripta videmus de Inv. II, 1, contulerit, facile concedet apud Plinium pro „Agrigentinis" esse legendum „Crotoniatis", quae coniectura iam eo verisimilior est, quod Crotoniatae Iunonem Laciniam summo colebant honore, ab Agrigentinis autem haec dea non colebatur [1]). Fazellus ob nomen „Torre delle Pulselle" templum pro Pudicitiae, Holmius [2]), ob latum quem praebet prospectum ad mare, pro Neptuni, Schubringius [3]) pro Apollinis esse habendum templo censet, secundum Freemanum „equally without any certain evidence". Constat tantum hoc unum nomen templi falsum esse.

Templum qua spectat inter orientem solem et meridiem voragini imminet; extremi enim collis magna pars corruit. Solum in quo templum est extructum declive est; quod ut aequarent Agrigentini fundamentum iecerunt. Hoc in fundamento quattuor gradus sunt per quos ad peristylum est aditus. Templum erat νεὼς ἑξάστυλος περίπτερος. Columnae peristyli triginta quattuor erant numero, quarum triginta supersunt et quidem sedecim cum capitulis. Supersunt porro epistylii tota pars septentrionalis, fragmentum epistylii qua spectabat inter orientem solem et meridiem, nonnulla fragmenta zophori. Cella divisa erat in tres partes; posticum et pronaos binas habent columnas in antis. In ipsa cella locus conspicitur in quo quin dei simulacrum fuerit dubitari non potest. Solum peristyli e quadrangulis compositum est lapidibus. In cellae parietibus etiamnunc vestigia conspiciuntur incendii quod templum, urbe a Carthaginiensibus expugnata, delevit.

Hoc a templo occidentum solem versus est templum quod vulgo *Concordiae* dicitur. Nomen debet templum Fazello [4]) qui

---

1) Schubring. o. l. p. 61.

2) Holm. o. l. I, p. 296. Schubring. o. l. p. 64.... Den Namen des Poseidon schlägt nun Holm für den sogenannten Tempel der Here vor, der eine so schöne Aussicht auf das Meer darbiete; abgesehen davon, dass man dies auch vom Concordia-tempel sagen könnte, wenn nicht die Stadtmauer jegliche Aussicht weggenommen hätte, möchte ich eher glauben, dass der Tempel des Poseidon an der See selbst, etwa unten im Hafen gestanden habe.

3) Schubring. o. l. p. 64.

4) Freeman. o. l. II, p. 403. adn. 1.

inscriptione quadam fretus, quae prope templum inventa esse dicitur, templum Concordiae fuisse sacrum persuasum sibi habebat. Inscriptio qua nititur Fazellus ita se habet:

CONCORDIAEAGRIGENTI
NORUM SACRUM
RESPUBLICA LILYBAETANO
RUM DEDICANTIBUS
M. HATERIO CANDIDO PROCOS
ET L CORNELIO MARCELLO Q.
PR PR [1]).

Nomen procul dubio falsum est. Cum templo enim quod quin antiquissimis urbis temporibus sit exstructum dubitari non potest, inscriptio quae aetati imperatoriae [2]) est adscribenda non cohaeret. Praeterea Graeci Concordiae templa dedicare non solebant sed aras [3]).

Holmius templum pro Cereris et Proserpinae, Leake, cuius opinionem Schubringius „wegen der unmittelbaren Nähe der vielen Gräber", reicit, pro Apollinis templo esse habendum putat. Schubringio praestare videtur „sich aller sonstigen Muthmassungen zu enthalten bis nicht neue Daten zur Bestimmung der heiligen Stätten gefunden sind" [4]).

Templum decimo quinto saeculo p. Chr. n. ecclesia erat S. Gregorii „delle Rape" [5]), quo saeculo paries qui cellam a postico separabat destructus est et fenestrae quae in cellae parietibus conspiciuntur factae sunt. Templum, optime conservatum [6]), est

1) Siefert. o. l. p. 27.

2) Schubring. o. l. p. 61. Sie (inscriptio sc.) gehört der Kaiserzeit an und bezieht sich auf ein sacrum, wahrscheinlich einen Altar, der Eintracht zwischen Agrigent und Lilybaeum; ...... Die Inschrift ist sieben Jahrhunderte später, als der Bau des Tempels.

3) Holm, o. l. I, p. 296.

4) Schubring. o. l. p. 64, 65.

5) Siefert. o. l. p. 27. adn. 2. Der heilige Mann war um 560 Bischof von Girgenti und ärndtete durch ein Wunder Rüben, die er est Tags zuvor gesäet hatte.

6) Siefert. o. l. p. 27. Durch besondere Gunst der Umstände ist uns dieser Tempel erhalten worden, indem man ihn zu einer Kirche des *heiligen Gregorius*

νεὼς ἑξάστυλος περίπτερος. Pronaos et posticum sunt in antis. Peristyli columnae quae omnes supersunt triginta quattuor sunt numero. Praeter peristyli columnas supersunt pronaos, posticum, totum epistylium, pars zophori, parietes cellae, qui teste Holmio [1]) „aus so trefflich in einander passenden Werkstücken zusammengefügt (sind), dass man glauben mochte der Bau sei so eben erst vollendet worden".

Non longe a Concordiae templo, occidentem solem versus est templum *Herculis*, quod erat: νεὼς ἑξάστυλος περίπτερος, ὕπαιθρος. Columnae triginta octo erant numero; per quattuor gradus ad peristylum erat aditus. Solum peristyli e magnis constat lapidibus quadrangulis. Supersunt secundum Schubringium [2]): von den Stuffen die Südostecke, die mitte der Südseite, die Südwestecke, Westseite, Nordwestecke; vom Peristyl in kleinen Rumpfen: auf der Südseite (vom Osten an gezählt) die Saülen 2, 3, 7, 9, 12, 13, auf der Westseite die drei Mittelsaulen, auf der Nordseite die vierzehnte, welche noch drei Trommeln hoch steht und wie ein Thurm über die Trümmerhaufen emporragt". Memorabile est templum ob varios quibus erat exornatum colores, quorum vestigia etiamnunc in zophori partibus, quae in museo Panormitano asservantur, conspiciuntur. Superest porro pars προνάου et pars cellae.

Nomen licet certum non sit, tamen falsum sit necesse non est. Templum procul dubio exstructum est quinto a. Chr. n. saeculo, Emmenidum aetate, qui quin Herculem summa religione coluerint dubitari non potest. Ne Schubringius quidem forum, quod a Cicerone, ut supra iam dictum est, non longe a templo Heraclis afuisse dicitur, in media urbe prope ecclesiam „S. Niccola" fuisse contendens, persuasum sibi habet nomen pro falso esse habendum. Scribit [3]): „es ist leicht möglich dass

---

von den Rüben eingerichtet hat, zu der noch heute die Bewohner der nahen Weingärten und Felder wallfahrten. Ausser einigen Getäfel und der Decke ist Nichts verloren, auch ist die Entstellung durch spätern Bau nicht bedeutend.

1) Holm. o. l. I, p. 297.

2) Schubring. o. l. p. 49.

3) Schubring. o. l. p. 62.

er seinen Namen mit Recht führt", additque: „Dass in einer der später zugefügten Cellen ausser einigen Terracottaresten eine aus römischen Zeit stammende Statue aus weissem Marmor gefunden ist, die wahrscheinlich Asklepios darstellt, ist kein Beweis dagegen. So stand auch im Tempel des Asklepios ein Bild des Apollo".

In Herculis templo simulacrum illud erat *Alcmenae*, quod Zeuxin Agrigentinis pinxisse legimus apud Plinium [1]). Ipsius quoque Herculis in templo erat simulacrum ex aere factum, quo pulchrius nihil se vidisse profitetur Cicero [2]), quodque, eodem auctore, in precibus et gratulationibus non solum venerari verum etiam osculari solebant Agrigentini, usque eo ut rictum eius ac mentum paulo esset attritius. Memorat porro Cicero duo „sigilla perparvola", quae Verris „istius imperatoris" „nocturnos milites", cum frustra Herculis simulacrum rapere conati essent, ne omnino inanes ad „istum praedonem religionum" reverterentur, sustulissse narrat.

A templo Herculis occidentem versus est templum longe maximum omnium Agrigentinorum templorum, templum scilicet *Iovis Olympii*, quod est *νεὼς ἑπτάστυλος ψευδοπερίπτερος, ὕπαιθρος.* Templum describit Diodorus Siculus XIII, 82: *Ἥ τε γὰρ τῶν ἱερῶν κατασκευὴ καὶ μάλιστα ὁ τοῦ Διὸς νεὼς ἐμφαίνει τὴν μεγαλοπρέπειαν τῶν τότε ἀνθρώπων· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἱερῶν τὰ μὲν κατεκαύθη, τὰ δὲ τελείως κατεσκάφη διὰ τὸ πολλάκις ἡλωκέναι τὴν πόλιν· τὸ δ' οὖν Ὀλύμπιον μέλλον λαμβάνειν τὴν ὀροφὴν ὁ πόλεμος ἐκώλυσεν· ἐξ οὗ τῆς πόλεως κατασκαφείσης, οὐδέποτε ὕστερον ἴσχυσαν Ἀκραγαντῖνοι τέλος ἐπιθεῖναι τοῖς οἰκοδομήμασιν.* [3]) *Ἔστι δ' ὁ νεὼς ἔχων τὸ μὲν μῆκος πόδας τριακοσίους τετταράκοντα, τὸ δὲ πλάτος <ἑκατὸν> ἑξάκοντα, τὸ δ' ὕψος ἑκατὸν εἴκοσι χωρὶς τοῦ κρηπιδώματος. Μέγιστος δ' ὢν τῶν ἐν Σικελίᾳ καὶ τοῖς ἐκτὸς οὐκ ἀλόγως ἂν συγκρίνοιτο κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ὑποστάσεως. Καί γὰρ εἰ μὴ τέλος λαβεῖν συνέβη τὴν ἐπιβολήν, ἥ γε προαίρεσις*

1) Plin. N. H. XXXV, 62.
2) Cic. Verr. IV, 94.
3) Cf. Polyb. IX, 27. *Καὶ ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου νεὼς παντέλειαν μὲν οὐκ εἴληφε...*

ὑπάρχει φανερά. Τῶν δ' ἄλλων ἢ μέχρι τοίχων τοὺς νεὼς οἰκοδομούντων ἢ κίοσι τοὺς σηκοὺς περιλαμβανόντων, οὗτος ἑκατέρας τούτων μετέχει τῶν ὑποστάσεων. Συνῳκοδομοῦντο γὰρ οἱ κίονες τοῖς τοίχοις, ἔξωθεν μὲν στρογγύλοι, τὸ δ' ἔντος τοῦ νεὼ ἔχοντες τετράγωνον· καὶ τοῦ μὲν ἐκτὸς μέρους ἐστὶν αὐτῶν ἡ περιφέρεια ποδῶν εἴκοσι, καθ' ἣν εἰς τὰ διαξύσματα δύναται ἀνθρώπινον ἐναρμόζεσθαι σῶμα, τοῦ δ' ἐντὸς ποδῶν δώδεκα. Τῶν δὲ στοῶν τὸ μέγεθος καὶ τὸ ὕψος ἐξαίσιον ἐχουσῶν, ἐν μὲν τῷ πρὸς ἕω μέρει τὴν γιγαντομαχίαν ἐποιήσαντο [ταῖς] γλυφαῖς καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει διαφερούσαις, ἐν δὲ τῷ πρὸς δυσμὰς τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας, ἐν ᾗ τῶν ἡρώων ἕκαστον ἰδεῖν ἔστι οἰκείως τῆς περιστάσεως δεδημιουργημένον [1]).

Anno 255° Agrigento a Carthaginiensibus expugnato pauci qui in urbe remanserant in Iovis Olympii perfugerunt templum [2]).

Nihil fere de templo superest. Anno 1401° p. Chr. n. quae adhuc supererat pars corruit. Lapidibus templi Girgentini ad domos aedificandas et ad molem (Molo), quae portum Girgentinum (Porto Empedocle) a vi fluctuum protegit, struendam usi sunt. Rudera templi Haus anno 1802° perscrutanda curavit, post quem multi conati sunt templum, ut utar Holmii [3]) verbis, „wenigstens im Geiste" restituere. Memoratu digna sunt fragmenta permagnorum simulacrorum inter templi rudera inventa, quae cui usui fuerint destinata magna est inter viros harum rerum peritos dissensio [4]). Certo certius in interiore erant parte templi, nam Diodorus, quem exteriores tantum partes descripsisse inter omnes constat [5]), nullam eorum facit mentionem. Templum erat et adhuc est, ut ita dicam, „crux interpretum", ein Räthsel in der Entwickelungsgeschichte der Griechischen Kunst." [6]) Qui de eo scripserunt multi sunt, quorum

---

1) Holm. o. l. I, p. 443. Dass die Reliefs sich in den *Giebelfeldern* befanden lässt sich allerdings aus Diodor's Worten nicht erkennen.

2) Diod. Sic. XXIII, 18.

3) Holm. o. l. I, p. 299.

4) Schubring. o. l. p. 57. Holm. o. l. I, p.

5) Schubring. o. l. p. 57.

6) Gsell Fels: Unter-Ital und Sizilien p. 767. Schubring. o. l. p. 57.

inprimis memoratu digni sunt hi: *Pancrazi* o. l. II; *v. Riedesel:* Reise durch Sicilien und Gross-Griechenland. Zürich 1771; *Winckelmann:* Werke I; *Quatremère de Quincy*: Archives littéraires de l'Europe Par. 1805. Tom. VI, Mémoires de l'Institut de France, Par. 1815. Tom. II; *I. C. Richard abbé de St. Non:* Voyage pitoresque à Naples et en Sicile. Tom. IV (nouv. ed. Par. 1829); *Houel:* Voyage pittoresque des iles de Sicile, de Malte et de Lipari, Par. 1782—87. Tom. IV; *Wilkins:* The antiquities of Magna Graecia, Cambr. 1807. Chapt. III; *Haus*: Saggio sul Tempio di Giove, Palerm. 1814; *Politi:* Lettera al ciantro Panitteri sul tempio di Giove Olimp. in Girgenti, Palerm, 1819; *Klenze:* Der Tempel des Olympischen Jupiter zu Agrigent, Stuttg. und Tüb. 1821; *Lo Presti:* Dissertazione apologetica, Girg, 1827; *Cockerell:* The temple of Iupiter Olympius at Agrigentum, Lond. 1830; *Palmeri:* Memoria sulla antichità Agrigentine, Palerm. 1832; *Maggiore:* Due opusculi archeologici, Palerm. 1834; *Serra di Falco* o. l. Tom. III; *Politi:* Viaggiatore in Girgenti, Palerm. 1842; *Siefert.* o. l.; *Dennis*: A Handbook for Travellers in Sicily Lond. 1864; *Schubring.* o. l., *Holm.* o. l. I.

Non longe a templo Iovis Olympii ad occasum solis versus rudera sunt templi *Castoris* et *Pollucis*, quod erat *νεὼς ἑξάστυλος* (?) *περίπτερος.*

Columnas 34 fuisse numero verisimile est. Praeter partem templi quae spectat inter septentriones et occasum solis, a Cavallario restitutam, nihil fere de templo superest. Templum coloribus Agrigentinis exornandum curaverunt, quorum vestigia etiamnunc conspiciuntur. De nomine nihil constat, [1]) sed Agrigentinos Dioscuros coluisse apparet e Pindari Carm. Ol. II.

De templis Minervae et Cereris supra iam sermo erat. Restat

---

1) Schubring. o. l. p. 68. Viel sicherer könnten wir urtheilen, wenn es sich bewahrheitete, was mir der Cicerone von Girgenti, der bei den Ausgrabungen dieses Tempels Augenzeuge war, wiederholt auf das entschiedenste versicherte, nämlich dass sich mit den beiden Marmorfussen zusammen ein *Ei* gefunden habe; denn dieses würde auf die *Leda* deuten. Da sich aber im Serradifalco darüber keine Notiz findet, so wage ich es nicht zu glauben.

ut mentionem faciamus de Asclepii templo, ex quo Verrem pulcherrimum signum a Myrone factum rapuisse narrat Cicero. [1]) Templum e Polybii verbis (I. 18 *καὶ στρατοπεδεύσαντες ἐν ὀκτὼ σταδίοις ἀπὸ τῆς πόλεως συνέκλεισαν* (Romani) *ἐντὸς τῶν τειχῶν τοὺς Καρχηδονίους*, I. 19. *διελόντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων εἰς δύο μέρη τὴν δύναμιν τῷ μὲν ἐνὶ περὶ τὸ πρὸ τῆς πόλεως Ἀσκληπιεῖον ἔμενον*) octo stadiis ab urbe afuisse apparet.

Pars templi superesse videtur in „Casa S. Gregorio'', quae est in planitie ab urbe meridiem versus. Casa S. Gregorio a porta aurea quinque tantum abest stadiis, sed ab ecclesia „S. Niccola'', prope quam Schubringium forum fuisse contendit, 1480 M. (= ± 8 Stad.). [2]) Agrigentinos Asclepium summa coluisse religione e nummis quoque apparet. [3])

III.

Post victoriam apud Himeram reportatam Theron Himeraeorum urbi praefecit Thrasydaeum [4]), filium suum, qui cives gravi servitute oppressos tenens tantum iis in odium venerat ut iugum servile excutere constituerent. Propositum suum quo facilius peragerent opem imploraverunt Hieronis [5]), quem preces non esse repudiaturum persuasum sibi habuerunt. Inimicitias enim susceperat Hiero cum Therone, qui Polyzelum [6]), generum suum, Hieronis aemulum, ab Hierone Syracusas relinquere coactum, hospitio exceperat. Eo magis opportuna tempora ad libertatem recuperandam videbantur quod cum Therone bellum inierant Capys et Hippocrates [7]). Spes

1) Cic. Verr. IV, 93.

2) Schubring. o. l. p. 60.

3) Schubring. o. l. p. 61.

4) Diod. Sic. XI, 48.

5) Nam *πρὸς τὸν πατέρα* (Theronem) *πορεύεσθαί τε καὶ κατηγορεῖν ἀπεδοκίμαζον, νομίζοντες οὐχ ἕξειν ἴσον ἀκουστήν*. (Diod. Sic. XI, 48).

6) Diod. Sic. XI, 48. Schol. ad Pind. Carm. Ol. II, 29. Holm. o. l. I, 213.

7) In schol. ad Pind. Carm. Ol. II, 173. Capys et Hippocrates *ἀνέψιοι* Theronis appellantur, in schol. ad Pind. Carm. Ol. II, 8 *συγγενεῖς*.

Himeraeorum non frustrata est, nam Hiero eorum [1]) preces non repudiavit. Bellum itaque cum Syracusanis Himeraeisque Agrigentinis imminebat. Res tamen aliter cecidit ac speraverant Himeraei nam nullo proelio commisso apud Himeram fluvium [2]) Simonides poeta Hieronem cum Therone in gratiam reduxit et pax facta est. Filiam suam Theron Hieroni in matrimonium dedit [3]); Polyzelo Hiero reditum concessit [4]), Himeraeos autem Theronis irae tradidit. Qui contra eum arma ceperant supplicio affecti sunt. Multos Theronem morte multasse apparet e verbis Diodori Siculi: *Θήρων δὲ μετὰ τὴν Ἱμεραίων σφαγὴν ὁρῶν τὴν πόλιν οἰκητόρων δεομένην, συνῴκισεν εἰς ταύτην τούς τε Δωριεῖς καὶ τῶν ἄλλων τοὺς βουλομένους ἐπολιτογράφησεν* [5]). Quod cum factum sit teste Diodoro Siculo Ol. 76, 1, suspicatur Holmius pacem esse factam Ol. 75, 4.

Capys et Hippocrates apud Himeram fluvium a Therone victi Camicum profugerunt [6]). Procul dubio in Theronis potestatem se permittere coacti sunt.

Quo modo Theron rempublicam Agrigentinorum administraverit luculenter apparet e laudibus quibus Pindarus [7]) eum effert. Iustum enim eum vocat hospitem, columen Agrigenti, clarorum patrum decus, civitatis tutelam, canitque nullam urbem centum intra annos progenuisse virum animo in amicos beneficentiorem manuque largiorem Therone; Diodoro Siculo teste: *καὶ ζῶν μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανε* (Theron) *παρὰ τοῖς πολίταις καὶ τελευτήσας ἡρωϊκῶν ἔτυχε τιμῶν* [8]). Diem suppremum eum obiisse

1) Pollicebantur Himeraei: *τήν τε πόλιν ἐκείνῳ παραδώσειν καὶ συνεπιθήσεσθαι τοῖς περὶ τὸν Θήρωνα.* (Diod. Sic. XI, 48).

2) Holm. a. l. I, p. 214. Schol. ad Pind. Carm. Ol. II, 29. De hac re apud Diodorum nihil traditum invenimus. Scribit Diodorus: *Ὁ δὲ Ἱέρων κρίνας εἰρηνικῶς διαλύεσθαι πρὸς τὸν Θήρωνα, προέδωκε τοὺς Ἱμεραίους καὶ τὰ βεβουλευμένα λαθραίως ἐμήνυσε. διόπερ Θήρων ἐξετάσας τὰ κατὰ τὴν βουλὴν καὶ τὴν μήνυσιν ἀληθινὴν εὑρών, πρὸς μὲν τὸν Ἱέρωνα διελύσατο.....*

3) Schol. ad Pind. Carm. Ol. II, 29.

4) Diod. Sic. XI, 48.

5) Diod. Sic. XI, 48.

6) Schol. ad Pind. Carm. Pyth. VI, 4.

7) Pind. Carm. Ol. II.

8) Diod. Sic. XI, 53.

tradit Diodorus Siculus Ol. 77, 1; e Pindari autem Carm. Ol. XII cum appareat iam Ol. 77, 1. Himeraeos libertatem recuperasse, Holmio constare videtur eum obiisse Ol. 76, 4 [1]).

Theroni successit Thrasydaeus [2]), crudelis ille Himeraeorum tyrannus qui teste Diodoro Siculo *ἦρχε τῆς πατρίδος παρανόμως καὶ τυραννικῶς* et *ταχέως τῆς ἰδίας παρανομίας οἰκείαν ἔσχε τὴν τοῦ βίου καταστροφήν*. Post patris enim mortem magnum conduxit numerum mercenariorum et Agrigentinorum Himeraeorumque delectu habito Syracusanis bellum indixit [3]). Hiero nulla mora magno cum exercitu Agrigentinorum fines invasit et gravem Agrigentinis cladem intulit. Thrasydaeus hac clade accepta cum ab Agrigentinis expulsus ad Megarenses qui Nisaei appellantur fugisset, morte condemnatus et supplicio affectus est [4]). Post Thrasydaeum expulsum Agrigentini populare instituerunt imperium legatosque ad Hieronem miserunt qui de pace agerent. Pax facta est; clementem Hiero se praebuit victorem. Paucos tantum Agrigentinos et Himeraeos exilio multavit [5]).

Reipublicae forma quam Agrigentini post Thrasydaeum expul-

---

1) Holm. o. l. I, p. 242. Diod. Sic, XI, 53.

2) Diod. Sic. XI, 53. Siefert. o. l. p. 70: ... dass ihm sein Sohn Thrasydaeus *ohne Anfechtung* in der Herrschaft folgte, mag als Bestätigung der oben ausgesprochen Behauptungen, wie man eine wohlmeinende Tyrannis ansah, dienen. (Scribit enim Siefertius o. l. p. 69: Glauben wir ... den Worten Pindars so herrschte er (Theron) mit Gerechtigkeit und Milde. Er war Tyrann doch nicht in der slechten Bedeutung des Wortes. Eine solche Herrschaft war für eine gesunde und kräftige Entwicklung der Demokratie weit besser und erspriesslicher, als Aristokratie. Hier hunderte von Interessen, dort nur *eins*, dessen Gehässiges durch die Persönlichkeit des Herrschers .... gar sehr gemildert wurde. Daher konnte ein solcher einmal zum Besitze der Herrschaft gelangter Tyrann, dem Demos nicht als natürlicher Feind erscheinen.

3) Quae fuerint causae belli ignoramus. Siefertii opinione (o. l. p. 70): „lag der Grund gewiss darin, dass Beide sich in ihrer gewaltsamen Herrschaft hinderlich waren."

4) Diod. Sic. XI, 53.

5) Diod. Sic. XI, 76. Holm. o, l. I, p. 256. Etiam Agrigentini temperantia usi sunt. A Thrasydaei consanguineis poenam expetivisse non videntur. Cf. Siefert. o. l. p. 70. De pacis condicionibus nihil tradit Diodorus. Scribit: *Οἱ δ' Ἀκραγαντῖνοι κομισάμενοι τὴν δημοκρατίαν διαπρεσβευσάμενοι πρὸς Ἱέρωνα τῆς εἰρήνης ἔτυχον.* (XI, 53).

sum instituerunt erat imperium populare [1]). Praefuisse videtur civitati collegium mille e ditissimis civibus virorum, qui *τὸ χιλίων ἄθροισμα* [2]) appellabantur. Huic collegio Empedoclem philosophum, deprehensa coniuratione ad tyrannidem restituendam facta, potestatem abrogasse et merum imperium populare instituisse (*ὥστε οὐ μόνον ἦν τῶν πλουσίων ἀλλὰ καὶ τῶν τὰ δημοτικὰ φρονούντων*) legimus apud Diogenem Laertium [3]). Grati cives ei regnum obtulisse videntur; quod autem Empedocles, quippe qui teste Aristotele *πάσης ἀρχῆς ἀλλότριος* [4]) esset, repudiavit.

Nova reipublicae instituta et leges diu viguerunt; nonnihil ex decreto quodam Agrigentino, de quo agit Siefertius O. l. p. 98, de iis innotuit. Scribit hic: „Die Hauptmomente nach bestand diese Verfassung (sc. Empedoclis) bis in die römischen Zeiten hinein. Aus dieser Zeit ist uns nähmlich ein Decret von Akragas aufbewahrt, welches dies deutlicht zeigt, *und deshalb mit Recht auch für die früheren Verhältnisse benutzt werden kan.* Die jetzt verlorne Tafel enthält die Belohnung des Syrakusaners Demetrios und die Ertheilung der Proxenie an demselben" [5]). Decreti verba haec sunt:

---

1) Diod. Sic. XI, 58.

2) Diog. Laert. VIII, 66. *Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ χιλίων ἄθροισμα κατέλυσε συνεστὼς ἐπὶ ἔτη τρία.*

3) Diog. Laert. VIII, 68. *Φησὶ δ' αὐτὸν* (Empedoclem) *καὶ Ἀριστοτέλης ἐλεύθερος γεγονέναι καὶ πάσης ἀρχῆς ἀλλότριον εἴ γε τὴν βασιλείαν αὐτῷ διδομένην παρῃτήσατο καθάπερ Ξάνθος ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λέγει, τήν λιτότητα δηλονότι πλέον ἀγαπήσας.* 64). *τὰ δ' αὐτὰ καὶ Τίμαιος εἴρηκε, τὴν αἰτίαν ἅμα παρατιθέμενος τοῦ δημοτικὸν εἶναι τὸν ἄνδρα. φησὶ γὰρ ὅτι κληθεὶς ὑπό τινος τῶν ἀρχόντων καὶ προβαίνοντος τοῦ δείπνου ὡς τὸ ποτὸν οὐκ εἰςέφερετο, τῶν ἄλλων ἡσυχαζόντων, μισοπονήρους διατεθεὶς ἐκέλευσεν εἰσφέρειν· ὁ δὲ κεκληκὼς ἀναμένειν ἔφη τὸν τῆς βουλῆς ὑπηρέτην. Ὡς δὲ παρεγένετο, ἐγενήθη συμποσίαρχος, τοῦ κεκληκότος δηλονότι καταστήσαντος, ὃς ὑπεγράφετο τυραννίδος ἀρχήν· ἐκέλευσε γὰρ ἢ πίνειν ἢ καταχεῖσθαι τῆς κεφαλῆς. Τότε μὲν οὖν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἡσύχαζε· τῇ δ' ὑστεραίᾳ εἰςαγαγὼν εἰς δικαστήριον ἀπέκτεινε καταδικάσας ἀμφοτέρους, τόν τε κλήτορα καὶ τὸν συμποσίαρχον.* Adnotat Holmius o. l. I, p. 431: Wenn übrigens Empedokles nicht andere Anzeichen einer Verschwörung bemerkte als die in der Geschichte bei L. D. durch Timaeus überlieferten, so ist sein Scharfsinn wirklich der eines Zauberers gewesen.

4) Diog. Laert. VIII, 68.

5) C. I. G. III, 5491.

Ἐπὶ ἱεροθύτα Νυμφοδώρου τοῦ Φίλωνος παραπροστά[τα] τᾶς βουλᾶς, προεδρευούσας τᾶς Φυλᾶς τῶν Ὑλλέων, προαγοροῦντος Διοκλέος τοῦ Διοκλέος, γραμματεύοντος Ἀδριανίωνος Ἀλεξάνδρου ἁλίασμα ἕκτας διμήνου καρνείου ἑξήκοντος παντᾷ ὑπὲρ προξενίας Δημητρίῳ Διοδότου Συρακοσίῳ ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ καθὰ καὶ τᾷ συγκλήτῳ.... Sequuntur nomina legatorum Romam missorum, laudes quibus Demetrius effertur, ipsum *δόγμα*. Pergit decretum: *...τὸ δὲ δόγμα τόδε κολάψαντος ἐς χαλκώματα δύο τὸ μὲν ἓν ἀναθέμε(ι)ν ἐς τὸ βουλευτήριον τὸ δὲ ἄλλο ἀποδόμε(ι)ν Δημητρίῳ Συρακοσίῳ ὑπόμναμα τᾶς ποτὶ τὸν δᾶμον εὐνοίας τοὺς δὲ ταμίας ἐξοδιάξαι ἐς τὰ προγεγραμμένα ὅσον χρείας ᾖ καὶ Φέρειν τὰν ἔξοδον διὰ τῶν ἀπολόγων. Ὁμογνώμονες τοῦ συνεδρίου πάντες.* Praefuisse igitur videtur civitati senatum [1]) (*βουλά, ἄθροισμα συνέδριον*) [2]); senatui praeerat *ἱεροθύτης* [3]), qui ut Athenis *ἄρχων ἐπώνυμος* nomen suum anno dabat. Aderat senatui *γραμματεύς* [4]) vel *ὑπηρέτης* [5]). Populi concilia (*ἁλία*) habebantur coram senatu [6]), in loco cui *ἁλιακτήρ* [7]) erat nomen.

Plebiscita vocabantur *ἁλιάσματα*. *Προάγορος* [8]) cum populi senatus *προβούλευματα* communicavit ut cives de iis suffragia ferrent. Divisus erat populus in tres Doricas *Φυλάς*. In decreto nostro *τῶν Ὑλλέων Φυλή* est *προεδρεύουσα*; vox *προεδρεύουσα* [9]) idem significare videtur quod Athenis *πρυτανεύουσα* [10]). Quaestores (*ταμίαι*) rationem reddere debebant, erant *ὑπεύθυνοι*.

---

1) Siefert. o. l. p. 99: Ueber Zahl und Zusammensetzung ist in früherer Zeit nichts bekannt, doch mochte aus den einzelnen Phylen zu bestimmten Zeiten eine bestimmte Anzahl gewählt werden. Schubring. o. l. p. 30.

2) C. I. G. III, 5491. Diog. Laert. VIII, 65, 66.

3) Siefert. o. l. p. 99: Ein Oberpriester, wahrscheinlich des Apollon, auf dessen hohe Verehrung der Monat Karneios hinweist.

4) C. I. G. III, 5491. 5) Diog. Laert. VIII, 64.

6) Schubring. o. l. p. 30.

7) Schubring. o. l. p. 30. adn. Dieses (*Ἁλιακτὴρ τόπος ἐν ᾧ ἀθροίζονται οἱ Σικελοί.* Hesych) ziehe ich hierher, weil es wegen des dorischen Dialekts nur auf die wenigen dorischen Städte passen kann und die Volksversammlung hier *ἁλία* hiess. Siefert. o. l. p. 100.

8) Siefert. o. l. p. 100 .., eine in mehreren sicilischen Städten erwähnte Obrigkeit, (cf. Cic. Verr. IV, 23) der wahrscheinlich das *προβούλευμα* vortrug.

9) Adn. ad C. I. G. III, 5491: Schubring. o. l. p. 30. Siefert. o. l. p. 100.

10) Siefert. o. l. p. 100.

Paucis annis post libertatem ab Agrigentinis recuperatam Syracusani Agrigentinorum auxilio tyrannos expulerunt. Hiero enim Ol. 78, 3 mortuus erat, cui successerat Thrasybulus [1]. Hic saevum et crudelem se praebens dominum multosque cives praeter ius et aequum e medio tollens tantum in se convertit Syracusanorum odium ut per magnum mercenariorum numerum vix se contra eorum vim muniret. Totam autem civitatem cum in se armari videret, primum animos verbis sedare conabatur, deinde irritos suos conatus esse intelligens, ingentibus copiis arcessitis, Achradinam Insulamque occupavit et bellum cum Syracusanis iniit, qui, Tyche occupata, legatos in plerasque urbes Siciliae miserunt auxilium petitum. Nec frustra petiverunt. *Agrigentini* enim, Selinuntii, Himeraei, alii auxilium tulerunt, quorum copiis Thrasybulus multis proeliis victus cum nullam spem dominationis tuendae superesse intelligeret legatos qui de pace agerent ad Syracusanos mittere constituit. Quam petiit pacem nactus est. Ipse Thrasybulus in Locros exulatum abiit, Syracusani tyrannide liberati imperium instituerunt popülare. Etiam aliae urbes insulae tyrannos expulerunt.

Graviore bello Agrigentinos non multo post implicuit Ducetius, Siculus ille, qui patriae suae liberandae consilium inierat [2]. Iam anno 462° Siculos quorum agros Hiero novis Catanae incolis dederat, ultus erat; tribus annis post Morgantinam expugnaverat [3]. Anno 452° Aetnam cepit, qua urbe expugnata in Agrigentinorum contendit fines et Motyum, *φρουρούμενον ὑπὸ τῶν Ἀκραγαντίνων* obsidere coepit [4]. Agrigentini opem implo-

1) Diod. Sic. XI, 67, 68.

2) Ante bellum cum Ducetio gestum Agrigentini cum Motyaeis bellum gessisse videntur. (Paus. V, 25, 2), quod ad bellum verba Diodori referenda sunt, quae leguntur XI, 86: *Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Ἐγεσταίοις καὶ. Λιλυβαίοις ἐνέστη πόλεμος περὶ χώρας τῆς πρὸς τῷ Μαζάρῳ ποταμῷ. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, συνέβη πολλοὺς παρ' ἀμφοτέροις ἀναιρεθῆναι καὶ τῆς φιλοτιμίας μὴ λῆξαι τὰς πόλεις.* Schubringius o. l. p. 24, pro *Ἐγεσταίοις*, *Σελινουντίοις* legendum esse censet, Holmius pro *Λιλυβαίοις* *Μοτυαίοις* proponit. (Holm. o. l. I, p. 431). Cf. Vaux: „On a coin bearing a Phoenician legend and referring an alliance between Motya and Agrigentum", in Numism. Chron. XXII, 1866 p. 128. 3) Diod. Sic. XI, 78.

4) Diod. Sic. XI, 91. *Μότυον* castellum Agrigentinorum, ubi situm fuerit incertum est. Cf. adn. ad Steph. Byz. (ed. Meineke) s. v. *Μοτύλαι*.

rasse videntur Syracusanorum [1]), qui Bolcone duce Motyum exercitum miserunt. Victus a Ducetio Bolcon cum pro cladis auctore haberetur (accusabant enim eum *λάθρᾳ συμπράττειν τῷ Δουκετίῳ*) supplicio multatus est. Hiems cum instaret Syracusani domum reverterunt, ineunte autem aestate bellum instauraverunt. Agrigentini Motyum castellum, quod a Ducetio praesidio tenebatur [2]), expugnaverunt, Syracusani Siculis apud Nomas [3]) gravem intulerunt cladem, qua accepta plerique Siculi in castella sua se receperunt, pauci tantum fidem erga ducem servaverunt.

In tanta rerum iniquitate, (non modo enim multi eum deseruerant sed etiam insidiae ei struebantur), Ducetius de rebus suis desperare coepit. Salutem itaque a victoribus petere constituit et noctu Syracusas fugit, quo cum venisset supplex ad aras consedit seque ipsum et regionem suam in Syracusanorum fidem ac potestatem tradidit. Syracusani ne deorum quorum ad aras Ducetius supplex consederat moverent iram vitae supplicis pepercerunt, ipsum autem Corinthum in exilium miserunt, ibique reliquum vitae degere iusserunt.

At nondum Ducetii partes in historia Siciliae erant peractae. Scribit enim Diodorus Siculus [4]): *Οὗτος δὲ* (Ducetius sc.) *ὀλίγον χρόνον μείνας ἐν τῇ Κορίνθῳ τὰς ὁμολογίας ἔλυσε καὶ*

---

1) Diodorus id diserte non dicit. Scribit XI, 99: .... *εἰς δὲ τὴν Ἀκραγαντίνων χώραν ἀναζεύξας μετὰ δυνάμεως, Μότυον φρουρούμενον ὑπὸ τῶν Ἀκραγαντινων ἐπολιόρκησε· τῶν δ' Ἀκραγαντίνων ἐπιβοηθησάντων, συνάψας μάχην καὶ προτερήσας, ἐξήλασεν ἀμφοτέρους ἐκ τῶν στρατοπέδων. Καὶ τότε μὲν τοῦ χειμῶνος ἐνισταμένου, διεχωρίσθησαν εἰς τὴν οἰκείαν. Οἱ δὲ Συρακόσιοι τὸν στρατηγὸν Βόλκωνα, τῆς ἥττης αἴτιον ὄντα καὶ δόξαντα λάθρᾳ συμπράττειν τῷ Δουκετίῳ, καταδικάσαντες ὡς προδότην ἀπέκτειναν.* Pro *Ἀκραγαντίνων* legendum videtur *Συρακοσίων*.

2) Diod. Sic. XI, 91.... *Ἀκραγαντῖνοι τὸ Μότυον φρούριον κατεχόμενον ὑπὸ τῶν μετὰ Δουκετίου Σικελῶν ἐξεπολιόρκησαν.* Nusquam traditum invenimus Dicetium Motyum expugnasse sed apparet e contextu.

3) Nomae ubi sitae fuerint incertum est. Siefertius, o. l. p. 71, scribit: ... Die Stadt muss an der nördlichen Abdachung der Nebroden, ungefähr in der Nähe des Halesosflusses gelegen haben. Steph. Byz. nennt übrigens nach Apoll. eine Sicilische Stadt *Νόαι*, wahrscheinlich das heutige Noara, zu welcher Stelle der Herausgeber der Fragm. Hist. Graec. ... bemerkt: v. Diod. Sic. X, 1, 91, ubi pro *Νομάς* quod nihili est restituendum puto *Νόας*. Ob mit Recht?

4) Diod. Sic. XII, 8.

προσποιησάμενος χρησμὸν ὑπὸ τῶν θεῶν αὐτῷ δεδόσθαι κτίσαι τὴν Καλὴν Ἀκτὴν ἐν Σικελίᾳ κατέπλευσεν εἰς τὴν νῆσον μετὰ πολλῶν οἰκητόρων. Procul dubio Ducetius invitis Corinthiis in insulam reverti non potuerat, quam ob rem verisimillimum est Corinthios iussu Syracusanorum Ducetium non prohibuisse in Siciliam traicere [1]. Quod utut est, Ducetius in insulam rediit, et Agrigentini teste Diodoro Siculo: *ἅμα μὲν φθονοῦντες τοῖς Συρακοσίοις ἅμα δ' ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς ὅτι Δουκέτιον ὄντα κοινὸν πολέμιον διέσωσαν ἄνευ τῆς Ἀκραγαντίνων γνώμης* [2]), Syracusanis, bellum indixerunt; insulae urbes aliae Agrigentinis aliae Syracusanis se adiunxerunt. Breve tamen hoc bellum fuit, nam proelio ad Himeram fluvium commisso Agrigentini victi statim legatos ad Syracusanos miserunt qui de pace agerent. Pax facta est, cuius autem quae fuerint condiciones prorsus ignoramus [3]) (a^0. 446).

Inde ab anno 446° usque ad quartum annum belli Peleponesiaci urbs pace fruebatur. In bello quod anno 427° Syracusani cum Leontinis inierunt Agrigentini Syracusanorum partes secuti esse videntur, scribit enim Thucydides [4]): *ξύμμαχοι δὲ τοῖς μὲν Συρακοσίοις ἦσαν πλὴν Καμαριναίων αἱ ἄλλαι Δωρίδες πόλεις,* sed quas partes in hoc bello egerint diserte traditum non invenimus. Tempora quae antecedunt Atheniensium illam expeditionem Siculam ipsamque expeditionem silentio praeterire licet; Agrigentini enim teste Thucydide *οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν* [5]). Erant quidem inter Agrigentinos qui Syracusanorum faverent rebus sed nec illi nec ipsi Syracusani qui eodem teste [6]) *εἰς μὲν Ἀκράγαντα στασιάζοντα πεντεκαίδεκα ναυσὶ Σικανὸν ἀπέστειλαν*

---

1) Holm. o. l. I, p. 260.

2) Diod. Sic. XII, 8.

3) Diod. Sic. XII; 8.

4) Thucyd. III, 86.

5) Thucyd. VII, 33, 58. Siefert. o. l. p. 73; Diod. Sic. erzählt zwar XIII, 4 (*Ἀκραγαντῖνοι μὲν οὖν καὶ Νάξιοι συμμαχήσειν ἔφησαν Ἀθηναίοις*) Akragas habe sich zum Kampfe für Athen bereit erklärt; indessen dass Akragas in der That neutral blieb, geht aus der öfteren Anführung des Thucydides hervor.

6) Thucyd. VII, 46, 50.

ὅπως ὑπαγάγοιτο τὴν πόλιν εἰ δύναιτο, Agrigentinos adducere potuerunt ut Syracusanorum partes sequerentur.

Inde a temporibus Atheniensium expeditionis usque ad tempus quo Carthaginienses Segestaeis auxilium laturi in insulam traiecerunt de urbis historia nihil ad nos pervenit.

Anno 409° a. Chr. n. Hannibal ingenti cum exercitu in Siciliam traiecit et Selinuntiorum urbem obsidere coepit. Ut urbem priusquam Syracusani, quorum opem Selinuntii imploraverant, auxilio venirent, expugnaret, militibus se urbem direptioni traditurum pollicebatur et robur exercitus impetum in moenia facere iussit. Frustra, nam fortiter Selinuntii urbem defenderunt et hostem reppulerunt. Nox cum instaret Hannibal oppugnationem non iterare constituit. Eodem nocte Selinuntii legatos miserunt *Agrigentum,* Gelam, Syracusas [1]), qui urbem magnis in difficultatibus versari nuntiarent auxiliumque peterent. Quo nuntio allato Agrigentini et Gelenses nulla mora interposita exercitu parato, ut coniunctis viribus Carthaginienses invaderent, Syracusanorum exercitus adventum expectare constituerunt. Hi, certiores facti de difficultatibus quibus premerentur Selinuntii statim quidem undique copias contraxerunt sed maturato opus non esse putantes, magnum fecerunt belli apparatum et diutius morabantur. Quae mora Selinuntiorum urbi perniciem attulit. Nono enim die postquam Selinuntios obsidere coeperat Hannibal urbem cepit. Selinuntiorum duo milia sexcenti hostium e manibus effugerunt et Agrigentum se contulerunt, ibique benigne sunt excepti [2]); quibus postea Hannibal reditum in patriam concessit hac condicione ut Carthaginiensibus tributum penderent. Hannibal, Selinuntiorum urbe expugnata, toto cum exercitu Himeram contendit ut avum suum Hamilcarem ulcisceretur; qua urbe capta mercenarios Campanos sociosque suos Siculos exauctoravit; ipse, praesidiis in expugnatis urbibus relictis,

---

1) Diod. Sic. XIII, 56 sqq.

2) Diod. Sic. XIII, 58: . . . *σιτομετρήσαντες αὐτοῖς δημοσίᾳ διέδωκαν κατὰ τὰς οἰκίας, παρακελευσάμενοι τοῖς ἰδιώταις καὶ αὐτοῖς προθύμοις οὖσι, χορηγεῖν τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἅπαντα.*

Carthaginem rediit [1]). Inde ab hoc tempore in Sicilia est provincia Carthaginiensis (ἐπικράτεια) [2]).

Rebus in Sicilia prospere gestis elati Carthaginienses cum totius affectarent insulae imperium [3]), non multo post novum est exortum bellum.

Ducibus Hannibale et Himilcare [4]) anno iam 408⁰ a. Chr. n. belli initium factum est. Non tamen statim fortuna Carthaginiensibus favit. Quadraginta ab Hannibale praemissarum navium Syracusani quindecim apud Erycem submerserunt; ceterae in altum fugerunt. Qua clade nnntiata Hannibal, ut hostes quominus fructus victoriae perciperent prohiberet tutumque suo exercitui transitum pararet, quinquaginta navibus instructis Carthagine in Siciliam traiecit, quo cum venisset adventum exercitus expectabat [5]).

Syracusani tanto Graecis Siciliae incolis imminente periculo perterriti ad Lacedaemonios itemque in Italiae et Siciliae urbes legatos miserunt, qui ad commune pro Graecorum libertatem suscipiendum certamen civitates exhortarentur. Agrigentini, ut qui Carthaginiensium provinciae essent finitimi, ne primus hostium impetus in suam fieret urbem metuentes [6]), frumentum ex agris in urbem comportaverunt, et omnes se intra urbis moenia receperunt [7]). Suspensis animis expectabant futura.

Hannibal, exercitu transmisso [8]), non tamen statim Agrigentinorum urbem obsidere coepit, sed legatos misit qui Agrigentinis persuaderent ut societatem cum Carthaginiensibus inirent, sinminus neutrius partis essent. Utrumque autem cum recusarent Agrigentini eorum fines invasit et urbem obsidione clausit [9]).

1) Diod. Sic. XIII, 59.
2) Holm. o. l. I, p. 84.
3) Diod. Sic. XIII, 80.
4) Diod. Sic. XIII, 80.
5) Diod. Sic. XIII, 80.
6) Diod. Sic. XIII, 81.
7) Diod. Sic. XIII, 81.
8) Diod. Sic. XIII, 80: ... *συνήχθησαν αὐτοῖς οἱ πάντες σὺν ἱππεῦσιν οὐ πολλῷ πλείους, ὡς μὲν Τίμαιος, τῶν δώδεκα μυριάδων, ὡς δ' Ἔφορος, τριάκοντα μυριάδων.*
9) Diod. Sic. XIII, 85.

Cum ipsis Agrigentinis urbem defendit Dexippus [1]) quidam Lacedaemonius *προσφάτως ἐκ Γέλας παρὼν μετὰ ξένων χιλίων πεντακοσίων*, qui iussu Agrigentinorum quam maximam numerum militum conduxerat et insuper Campani circiter octingenti qui post Himeram expugnatam ab Hannibale exauctorati erant; hi auctore Diodoro Siculo [2]): *κατέσχον τὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως λόφον, τὸν Ἀθήναιον μὲν ὀνομαζόμενον, κατὰ δὲ τῆς πόλεως εὐφυῶς κείμενον.*

Bina locaverunt Carthaginienses castra, altera *ἐπί τινων λόφων, ἐφ' ὧν τούς τ' Ἴβηρας καί τινας τῶν Λιβύων ἔταξαν, εἰς τετρακισμυρίους* [3]), altera *οὐκ ἄποθεν τῆς πόλεως* fossa valloque munita. Schubringius [4]) Iberorum castra in colle, nunc Monserrato dicto, ab urbe occasum solis versus fuisse opinatur. Castra quae a Diodoro fuisse dicuntur *οὐκ ἄποθεν τῆς πόλεως* eiusdem opinione posita erant in parte collis proclivi, „an den Abhängen des Monserrato gegen den Fluss Hypsas zu". Utraque igitur castra ab urbe occasum solis versus fuisse putat. Praestare tamen videtur Holmii [5]) sententia, qui Iberorum castra ab urbe orientem solem versus fuisse pro certo habet. Syracusanis enim cum Agrigentinis auxilio venirent obviam misit Carthaginiensium dux *τούς τ' Ἴβηρας καὶ Καμπάνους καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ἐλάττους τετρακισμυρίων*, qui a Syracusanis victi fugerunt *εἰς τὴν πρὸς Ἀκράγαντι παρεμβολήν*, quibus verbis a Diodoro [6]) eadem castra indicari videntur, quae indicantur verbis: *οὐκ ἄποθεν τῆς πόλεως.* Fusos Iberos teste Diodoro Syracusani persecuti sunt *μέχρι τῆς πόλεως* eorumque castra ceperunt. Verbis *μέχρι τῆς πόλεως* necesse est eam designent urbis partem quae spectat ad orientem versus, nam proelium quin ab urbe orientem versus commissum

---

1) Diod. Sic. XIII, 85.

2) Diod. Sic. XIII, 85. Schubringius, ut supra dictum est, *τὸν Ἀθην. λόφ.* pro arce esse habendum putat, Freemanus Campanos „Rupe Atenea" occupasse verisimilius ducit.

3) Diod. Sic. XIII, 85.

4) Schubring. o. l. p. 66.

5) Holm. o. l. II, p. 426.

6) Diod. Sic. XIII, 87.

sit [1]) dubitari non potest; sequitur ut Iberorum castra ab urbe orientem versus fuerint.

Castra ea quae a Diodoro Siculo indicantur verbis „οὐκ ἄποθεν τῆς πόλεως", in quae Iberi per planitiem quae ab urbe meridiem versus usque ad mare patet fugerunt, Holmii opinione in infimo erant colle „Monserrato" prope Hypsam fluvium; Iberorum castra idem inter Agrigentum et oppidum „Favara" fuisse suspicatur.

De ipsa obsidione agit Diodorus Siculus XIII, 85 sqq. Scribit hic: Ἰμίλκας καὶ Ἀννίβας οἱ τῶν Καρχηδονίων στρατηγοὶ διασκεψάμενοι τὰ τείχη καὶ καθ' ἕνα τόπον θεωροῦντες εὐέφοδον οὖσαν τὴν πόλιν δύο πύργους προσήγαγον τοῖς τείχεσιν ὑπερμεγέθεις. Uno tantum loco urbs erat εὐέφοδος [2]), nempe in valle „Pipitusario", prope substructionem quam incolae „Ponte dei Morti" vocant. Hanc igitur in partem muri Carthaginienses primum fecerunt impetum, multosque ibi interfecerunt hostes. Proxima autem nocte eruptione ab Agrigentinis facta turribusque incensis Carthaginiensium duces consilium mutare et in complures muri partes impetum facere constituerunt. Milites itaque sepulcra demoliri et aggeres usque ad urbis moenia extruere iusserunt [3]). Sepulcra destructa iram moverunt deorum; Theronis monumentum [4])

1) Diod. Sic. XIII, 87.

2) Schubring. o. l. p. 66—67: Wenn nun die beiden feindlichen Feldherrn nach einem schwachen Punkte suchten, der günstig für den Angriff sei, und auch einen fanden, so kann dieser nur das Thal delle Capoline und der Ponte de' Morti sein, denn an allen übrigen Seiten war die Stadt von gähnenden Abgründen umgeben. Holm. o. l. II, p. 90: Nur an einem einzigen Punkte, nur da, wo die Stadt an die Nekropolis stiess, beim sogenannten Ponte de' Morti, standen die Mauern nicht auf höheren Boden, sondern auf gleichem Niveau mit der Vorstadt.

3) Diod. Sic. XIII, 86, Schubringius o. l. p. 67 ad verba Diodori: παρήγγειλαν (Carthaginiensium duces) τοῖς στρατιώταις καθαιρεῖν τὰ μνήματα καὶ χώματα κατασκευάζειν, adnotat: Dies kann nur heissen, dass jetzt nicht nur unten, sondern auch oben vom Nekropolenhügel aus angegriffen wurde und dass die Stelen, die Grabsteine und Denkmäler den militärischen Rücksichten zum Opfer fielen. Es kann dies von keinem andern Orte im Umkreise der Stadt gesagt werden. Errat igitur Siefertius o. l. p. 73 scribens: An der Südseite der Stadt befinden sich noch jetzt zahlreiche Reste von Gräbern, diese liessen sie (Carthaginiensium duces sc.) zerstören und grosse Erdwälle bis zu den Mauern aufführen, um dieselben zu ersteigen.

4) Theronis monumentum erat in colle „dell' Annunziata". Monumentum quod

fulmine icitur, dux Hannibal moritur, pestilentia in castra invadit, mortuorum simulacra noctu a militibus conspiciuntur. Iram deorum ut sedaret Himilcar πρῶτον μὲν ἐπαύσατο καθαιρῶν τὰ μνήμεια, μετὰ δὲ ταῦτα ἱκέτευε τοὺς θεοὺς κατὰ τὸ πάτριον ἔθος τῷ μὲν Κρόνῳ παῖδα σφαγιάσας, τῷ δὲ Ποσειδῶνι πλῆθος ἱερείων καταποντίσας. Inceptis tamen non destitit, sed χώσας τὸν παρὰ τὴν πόλιν ποταμὸν μέχρι τῶν τειχῶν ἐπέστησε πάσας τὰς μηχανὰς καὶ καθ' ἡμέραν κρος βολὰς ἐποιεῖτο. Videtur igitur Himilcar, colle „dell' Annunziata" relicto, exercitum meridiem versus duxisse et fluvio usque ad moenia urbis aggeribus obstructo, promonturium cui hodie „Poggia della Meta" est nomen, oppugnare coepisse [1]).

Interea Syracusani, ne eandem quam Selinuntii et Himeraei Agrigentini experirentur fortunam veriti, auxilium esse ferendum rati, exercitum paraverunt et Daphnaeo duce Agrigentum miserunt, cui se adiunxerunt Gelenses, Camarinaei, nonnulli e mediterraneis insulae regionibus arcessiti [2]). Classis triginta navium oram insulae legit. Huic exercitui, ut supra iam dictum est, Himilcar Iberos, Campanos alios nonnullos obviam misit, qui Syracusanis Himeram fluvium iam transgressis occurrerunt. Proelio facto victores Syracusani hostes usque ad moenia urbis persecuti sunt ingentemque ediderunt stragem. Plerique tamen per planitiem quae ab urbe meridiem versus patet fugientes εἰς τὴν πρὸς 'Ακράγαντι παρεμβολήν [3]), e hostium manibus elapsi sunt. Procul dubio Agrigentini fugientes hostes in planitie excipere potuerant, sed duces, sive a Carthaginiensibus corrupti sive metuentes ne Himilcar urbem defensoribus nudatam caperet [4]), milites eruptionem facere prohibuerunt praeclaramque occasionem ad magnam hostium exercitus partem delendam omiserunt.

---

hodie „Tomba di Therone" vocant, in planitie est ab urbe meridiem versus. Exstructum est post Theronis aetatem. Schubring. o. l. p. 70.

1) Schubring. o. l. p. 67.

2) Diod. Sic. XIII, 86. Εἶχον δὲ τοὺς πάντας πέζους μὲν πλείους τῶν τρισμυρίων ἱππέας δ' οὐκ ἐλάττους τῶν πεντακισχιλίων.

3) Diod. Sic. XIII, 87.

4) Diod. Sic. XIII, 87.

Iberorum castra Daphnaeus occupavit, quo mox etiam se contulerunt multi Agrigentini qui, aegre ferentes occasionem ad Iberos perdendos esse omissam, concione in illis castris habita, quattuor duces, a Mene Camorinaeo accusatos, indicta causa lapidibus obruerunt. Uni tantum, Argeus cui erat nomen, ob iuvenilem eius aetatem perpercerunt. Dexippus Lacedaemonius vituperationem subiit quod: *δοκῶν εἶναι τῶν πολεμικῶν ἔργων οὐκ ἄπειρος τοῦτ' ἔπραξε προδοσίας ἕνεκα* [1]).

Concione dimissa, Daphnaeus altera Carthaginiensium castra oppugnare consilium cepit; quae autem cum fossa valloque munitissima cerneret, consilium mutavit et hostes commeatu intercludere coepit tantasque in angustias adduxit ut mox fame multi interirent. Mercenariis pactam sibi mensuram frumenti poscentibus et ad Agrigentinos se transituros minitantibus vix Himilcar persuasit ut paucos adhuc dies manerent. Interea navibus Panormo et Motye arcessitis, ipse Syracusanorum naves, quibus magnam copiam frumenti Agrigentum advehi ei nuntiatum erat, intercepit. Magna repente facta est commutatio rerum; victus enim cum in urbe deficere coepit Campani de Agrigentinorum rebus desperantes quindecim talentis corrupti ad Carthaginienses transierunt. Dexippum quoque Lacedaemonium quindecim Himilcar corrupisse dicitur talentis; Italicorum enim ducibus respondit [2]) praestare bellum alio geri loco, Agrigenti enim res ad vitam necessarias deficere, quibus verbis moti duces praetendentes „*ὡς διεληλύθασιν οἱ ταχθέντες τῆς στρατηγίας χρόνοι*" [3]) copias suas ad fretum Siculum abduxerunt.

Non haec tamen, quamvis gravis, causa erat quae urbis perniciem attulit. Initio enim obsidionis Agrigentini teste Diodoro Siculo *κακῶς ἀπαλλαττόντων τῶν Καρχηδονίων ἀφθόνως ἀπέλαυον τοῦ τε σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, ἀεὶ προςδοκῶντες ταχέως λυθήσεσθαι τὴν πολιορκίαν* [4]). Post autem octo menses obsidionis frumentum deerat, nec ullus supererat commeatus. Cives itaque

1) Diod. Sic. XIII, 87.
2) Diod. Sic. XIII, 88.
3) Diod. Sic. XIII, 88.
4) Diod. Sic. XIII, 88.

hostium vim cum diutius sustineri non posse intellegerent, urbem relinquendi consilium ceperunt. Paulo igitur post Campanorum et Dexippi discessum cum uxoribus et liberis clam ex urbe nocte egressi, alii Gelam, alii Leontinos alii Syracusas se contulerunt. Prima luce Himilcar urbem occupavit. Perpaucos qui in urbe remanserant interfici iussit; nonnulli, inter quos Gellias ille erat, in templum fugerunt Minervae sperantes fore ut Carthaginienses templis parcerent, quorum ubi viderunt impietatem templum incenderunt et una cum templo interierunt [1]). Ingentem fecit Himilcar praedam [2]), urbem tamen non statim diruit. Hiems enim cum instaret in urbe hibernare, ineunte autem aestate bellum instaurare constituit. Camarinam itaque et Gelam proximo anno expugnavit, Syracusas obsidere coepit, quam urbem tamen expugnare ei non contigit. Pestilentia enim quae Carthaginiensium invasit exercitum eum coegit legatum ad Dionysium mittere qui de pace ageret. Pax facta est, cuius quae fuerint condiciones tradit Diodorus XIII, 114. Scribit enim hic l. l.: *'Ασμένως δ' ὑπακούσαντος τοῦ Διονυσίου, τὴν εἰρήνην ἐπὶ τοῖσδε ἔθεντο· Καρχηδονίων εἶναι μὲν τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐποίκων ἄλλους καὶ Σικανούς, Σελινουντίους δὲ καὶ 'Ακραγαντίνους, ἔτι δ' 'Ιμεραίους κτἑ.*

Pace facta Carthaginienses praesidiis in urbibus insulae relictis domum redierunt [3]). Paulo tamen post Agrigentinis, quorum multi post pacem factam in urbem revertisse videntur, occasio ad patriam suam a Carthaginiensium dominatione liberandam praebita est. Dionysius enim Syracusanis ut bellum Carthaginiensibus inferrent persuasit: idem enim periculum quod ante pacem factam Graecis Siciliae incolis imminere, Carthaginienses

---

1) Diod. Sic. XIII, 90.

2) Diod. Sic. XIII, 90: *῾Ο δ' 'Ιμίλκας τὰ ἱερὰ καὶ τὰς οἰκίας συλήσας καὶ φιλοτίμως ἐρευνήσας, τοσαύτην ὠφέλειαν συνήθροισεν ὅσην εἰκός ἐστιν ἐσχηκέναι πόλιν οἰκουμένην ὑπ' ἀνδρῶν εἴκοσι μυριάδων, ἀπόρθητον δ' ἀπὸ τῆς κτίσεως γεγενημένην, πλουσιωτάτην δὲ σχεδὸν τῶν τότε ῾Ελληνίδων πόλεων γεγενημένην* . . . Res pretiosissimas Carthaginem misit, inter quas, ut supra iam dictum est, Phalaridis erat taurus.

3) Diod. Sic. XIV, 8.

pestilentia coactos pacem fecisse, bellum procul dubio eos esse renovaturos simulac vires refecerint, occasionem ad gravem hostibus inferendam cladem non esse praetermittendam [1]).

Summa itaque Syracusanorum voluntate legatum misit Carthaginem cum epistula qua scriptum erat Syracusanos Carthaginiensibus bellum inferre decrevisse nisi e Graecorum a se subactis urbibus recederent [2]).

Carthaginienses, quorum permagnum numerum pestilentia extinxerat neque igitur ad bellum parati, tamen cum Syracusanis bellum inire et quam maximum numerum militum conducere constituerunt, quos ad contrahendos nonnullos senatores magna cum pecunia in Europam miserunt [3]).

Syracusanorum interea legatus cum domum rediisset, Dionysius delectu habito belli initium fecit [4]) (a° 397° a. Chr. n.) et in occidentales partes insulae contendit, quo in itinere complures urbes, libertatis recuperandae cupidissimas facile sibi adiunxit, inter quas etiam Agrigentinorum urbs erat [5]). Carthaginiensium in provinciam cum venisset, Erycini ingenti Dionysii exercitu perterriti [6]) statim ad eum defecerunt [7]), Motyaei autem, quorum ad urbem Dionysius exercitum duxit fidem erga Carthaginienses servaverunt, quam ob rem urbem obsidere coepit. Expugnavit quidem Dionysius Motyen sed mox amisit [8]), quare praestare ei videbatur bellum in aliam Siciliae partem transferre et domum redire.

---

1) Diod. Sic. XIV, 45.

2) Diod. Sic. XIV, 46.

3) Diod. Sic. XIV, 47.

4) Revera iam ante legati Carthaginem missi reditum Syracusani belli initium fecerant nam teste Diodoro Siculo (XIV, 46): *Μετὰ δὲ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Διονυσίου τὴν ἐξουσίαν δόντος, οἱ Συρακόσιοι τὰ Φοινικὰ χρήματα διήρπασαν.* Pergit Diodorus: *Οὐκ ὀλίγοι γὰρ τῶν Καρχηδονίων ᾤκουν ἐν ταῖς Συρακούσαις ἁδρὰς ἔχοντες κτήσεις, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐμπόρων εἶχον ἐν τῷ λιμένι τὰς ναῦς γεμούσας φορτίων, ὧν ἅπαντα διεφόρησαν οἱ Συρακόσιοι. Παραπλησίως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ Σικελιῶται τοὺς παρ' αὑτοῖς οἰκοῦντας τῶν Φοινίκων ἐκβαλόντες, τὰς κτήσεις διήρπασαν.*

5) Diod. Sic. XIV, 47.

6) Diod. Sic. XIV, 47: *Εἶχε δὲ πεζοὺς μὲν ὀκτακισμυρίους, ἱππέας δὲ πολὺ πλείους τῶν τρισχιλίων, ναῦς δὲ μακρὰς οὐ πολὺ λειπούσας τῶν διακοσίων.*

7) Diod. Sic. XIV, 48.

8) Diod. Sic. XIV, 55.

Carthaginienses recenti successu elati quam celerrime exercitum Messanam duxerunt, qua urbe expugnata Syracusas obsidere coeperunt [1]. Sed pestilentia iterum eorum exercitum invadens ducem denuo cum Dionysio de pace agere coegit. Quas urbes Carthaginienses potestati suae subegerant post pacem factam libertatem recuperaverunt, sed nomine magis quam re, nam procul dubio Dionysio obtemperare coactae sunt. Cuius imperio ut se subtraherent Agrigentini cum studerent, fortuna iis quam quaerebant praebuit occasionem bello quod Dionysio inopinato cum Rheginis erat gerendum.

Dionysius enim Messanam muniverat; id Rhegini pernoxium sibi fore rati, Messanam miserunt exercitum urbemque obsidione clauserunt, sed a civibus et a Dionysii mercenariis victi obsidionem relinquere coacti sunt. Dionysius cum urbibus freto Siculo vicinis foedus iniit et a Rheginis poenas petere constituit. Sed a Siculis qui Tauromenium occupaverant [2], itinere prohibitus tam gravem accepit cladem ut domum redire coactus sit. Qua clade Dionysio illata Agrigentini et Camarinaei, Dionysii fautoribus expulsis, iugum tyrannidis excusserunt [3].

Diu tamen Agrigentini libertate fructi non sunt, nam paulo post cum novum bellum exortum esset [4] Dionysiusque ad Cabala [5] victoriam a Carthaginiensibus reportasset tota fere insula potestati eius subiecta erat. Quam post victoriam pax

---

1) Diod. Sic. XIV, 61—76.

2) Diod. Sic. XIV, 87.

3) Diod. Sic. XIV, 88. *Μετὰ δὲ τὴν ἀτυχίαν ταύτην Ἀκραγαντῖνοι καὶ Μεσσήνιοι τοὺς τὰ Διονυσίου φρονοῦντας μεταστησάμενοι, τῆς ἐλευθερίας ἀντείχοντο καὶ τῆς τοῦ τυράννου συμμαχίας ἀπέστησαν.* Pro *Μεσσήνιοι* Holmius legendum esse censet: *Καμαριναῖοι* (o. l. II, p. 438).

4) Quae fuerint causa huius belli tradit Diodorus XV, 15: *Ἐπὶ δὲ τούτων Διονύσιος ὁ τῶν Συρακοσίων τύραννος παρασκευασάμενος πολεμεῖν Καρχηδονίοις, ἐζήτει λαβεῖν πρόφασιν εὔλογον τοῦ πολέμου. Ὁρῶν οὖν τὰς ὑπὸ Καρχηδονίους τεταγμένας πόλεις οἰκείως ἐχούσας πρὸς ἀπόστασιν, προσεδέχετο τὰς βουλομένας ἀφίστασθαι, καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὰς συντιθέμενος, ἐπιεικῶς προσεφέρετο ταύταις. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὸ μὲν πρῶτον πρέσβεις ἀποστέλλοντες πρὸς τὸν δυνάστην, ἀπῄτουν τὰς πόλεις· μὴ προσέχοντος δ' αὐτοῦ, συνέβη ταύτην ἀρχὴν γενέσθαι τοῦ πολέμου.*

5) Diod. Sic. XV, 15.

quominus fieret graves quas Carthaginiensibus dixit Dionysius prohibuerunt condiciones. Anno demum 383° gravi a Dionysio accepta clade ad Cronium pax facta est. Condiciones huius pacis tradit Diodorus Siculus XV, 16: . . . *ἐγένοντο διαλύσεις ὥστε ἔχειν ἀμφοτέρους ὧν πρότερον ὑπῆρχον κύριοι. Ἐξαίρετον δ' ἔλαβον οἱ Καρχηδόνιοι τὴν τῶν Σελινουντίων πόλιν τε καὶ χώραν, καὶ τῆς Ἀκραγαντίνης μέχρι τοῦ Ἁλύκου καλουμένου ποταμοῦ. Ἔτισε δὲ Διονύσιος τοῖς Καρχηδονίοις τάλαντα χίλια.* Ipsa igitur urbs Carthaginiensium dicionis facta non est.

De fatis urbis inde ab hac pace usque ad Dionis tempora silent antiquae historiae fontes. Plutarchus est qui in Dionis vita [1]) Agrigenti denuo mentionem facit. Dioni hic narrat cum (anno 357° a. Chr. n.) ad Minoam appulisset, Agrigentinorum et alias copias et ducentos equites se adiunxisse. Levem post cladem ad Neapolin in Agrigentinorum finibus acceptam (qua de clade supra erat sermo) [2]) Dion cum Syracusas Dionysii tyrannide liberasset, cum aliae insulae urbes tum Agrigentum libertatem recuperaverunt [3]). Paulo tamen post, Dione interfecto, cum Dionysius rediisset et Carthaginienses denuo totius insulae imperium affectantes in insulam appulissent, Graeci Corinthum miserunt legatos qui auxilium peterent [4]). Sine mora Corinthii Timoleontem miserunt, a quo anno 339° Carthaginienses ad Crimissum fluvium victi pacem facere coacti sunt. Toti insulae profuit haec pax, ut quae convenerit in eas condiciones ut omnes Graecorum in Sicilia urbes sui essent iuris, Halycus autem fluvius Carthaginiensium provinciam a Graecorum finibus divideret [5]). Agrigentinis igitur haec pax restituit quod pax anno 380° facta iis dempserat.

Post pacem factam omnes urbes popularia imperia instituerunt. Bella diuturna cum numerum incolarum urbis ad minimum reduxissent, Timoleon Agrigentinos, quorum magna pars

1) Plut. Vit. Dion. 26.
2) Cf. p. 9–11.
3) Diod. Sic. XVI, 9, 10, 16.
4) Diod. Sic. XVI, 65–67. Plut. Vit. Tim. 2.
5) Diod. Sic. XVI, 82.

patriam reliquerat, Agrigentum reduxit novosque colonos Megello et Pheristo ducibus in urbe collocavit, quare alter appellatur urbis conditor [1].

Paulo post pacem factam Agrigentini cum Syracusanis bellum gessisse apparet e Diodori XIX, 3, de quo tamen nihil traditum invenimus.

Post tyrannidem ab Agathocle Syracusis occupatam multi qui iugum tyrannidis ferre nollent, Syracusas reliquerunt et Agrigentum se contulerunt, cuius urbis incolis ut secum bellum Agathocli indicerent persuaserunt [2]). His se adiunxerunt Gelenses et Messanae incolae. Ducem creaverunt Acrotatum Lacedaemonium [3]) Cleomenis filium, quem facile [4]) legati ab Agrigentinis missi moverunt ut summam imperii teneret. Acrotatus navibus instructis Agrigentum cursum direxit, sed tempestate subito coorta delatus primum Apolloniam venit deinde Tarentum. Tarentinos postquam naves ut Agrigentum mitterent [5]) persuasit Tarento solvit et paulo post Agrigentum venit, ubi magno cum gaudio eum exceperunt cives et Syracusani exules.

Verumtamen spem Agrigentinorum Acrotatus fefellit. Pecunia enim ad bellum gerendum destinata abutebatur, delicate et molliter vivebat, multos de medio tolli iubebat, tyrannidem affectare videbatur. Aegre ferebant cives; tandem Sosistrato

---

1) Plut. Vit. Tim. 35. Post pacem factam denuo florere coepit urbs. Templa quae Carthaginienses magnam partem incendio deleverant eo tempore restituta, nova etiam aliquot exstructa sunt, inter quae est Templum Hephaesti quod inter piscinam et Hypsam fluvium erat. (Schubring. o. l. p. 70). Eidem tempori adscribenda sunt monumentum quod dicitur Theronis (quod Schubringius pro cenotaphio Timoleontis habet), et monumentum quod hodie appellatur „Capella di Phalaris" (Schubring. o. l. p. 72—73).

2) Diod. Sic. XIX, 70.

3) Diod. Sic. XIX, 70. Τοὺς γὰρ πολιτικοὺς ὑπώπτευον ὡς ὄντας οἰκείους τυραννίδος, τοὺς δ' ἔξωθεν ὑπελάμβανον δικαίως ποιήσεσθαι τὴν τῶν ὅλων ἐπιμέλειαν, ἀναμιμνησκόμενοι τῆς Τιμολέοντος τοῦ Κορινθίου στρατηγίας.

4) Diod. Sic. XIX, 70 . . . εὗρον (legati ab Agrigentinis missi, sc.) Ἀκρότατον τὸν Κλεομένους τοῦ βασιλέως υἱὸν προςκεκοφότα πολλοῖς τῶν νέων, καὶ διὰ τοῦτο ξενικῶν πραγμάτων ὀρεγόμενον. . . . Διὰ ταῦτα δὴ ξενικῆς ἡγεμονίας ἐπιθυμῶν ἀσμένως ὑπήκουσε τοῖς Ἀκραγαντίνοις.

5) Diod. Sic. XIX, 70 i. f.

Syracusanorum exulum duce interfecto seditio erupit. Acrotatus ne lapidibus obrueretur vix fuga se eripuit. Naves Tarentinorum quae Agrigentum venerant domum redierunt.

In tanta rerum iniquitate Agrigentinis praestare videbatur cum Agathocle pacem facere. Legatis itaque missis pax convenit [1]) in eas condiciones ut Selinuntiorum, Heracleensium, Himeraeorum urbibus exceptis, Siciliae urbes sui essent iuris, Syracusani autem principatum obtinerent (anno 314° a. Chr. n.) [2]).

Iam anno 312° pax fracta est. Hoc enim anno Agathocles Messanam, quae urbs magnum Syracusanorum exceperat numerum exulum et Syracusanorum principatui obversabatur, potestati suae subiecit [3]). Inde Agrigentum contendit ut hanc quoque urbem sibi obtemperare cogeret. Carthaginienses autem, metuentes ne Agathoclis potestas in maius cresceret, cum classem sexaginta navium appulissent, consilio destitit [4]). Invasit quidem Carthaginiensium fines nonnullaque cepit eorum castella sed proximo anno ad Ecnomum [5]) victus Gelam fugit [6]), inde Syracusas. Hic consilium iniit Carthaginienses ex insula elicere et bellum in Africam transferre [7]). Syracusis Antandrum fratrem praefecit, ipse sexaginta navibus instructis robur exercitus in Africam traiecit.

Bello ab Agathocle in Africam translato etiam Carthaganienses magnam partem exercitus in Africam traiecerunt. Syracusanis igitur simul cum Carthaginiensibus remotis, intellexerunt Agrigentini occasionem sibi ad principatum totius insulae potiundum praebitam non esse praetermittendam [8]). Ducem itaque creave-

1) Diod. Sic. XIX, 71. . . . *μεσιτεύσαντος τὰς συνθήκας Ἀμίλκου τοῦ Καρχηδονίου.*

2) Diod. Sic. XIX, 71. . . . *Ἦσαν δὲ τὰ κεφάλαια τῶν συντεθέντων τοιάδε· Τῶν Ἑλληνίδων πόλεων τῶν κατὰ Σικελίαν Ἡράκλειαν μὲν καὶ Σελινοῦντα καὶ πρὸς ταύταις Ἱμέραν ὑπὸ Καρχηδονίοις τετάχθαι, καθάπερ καὶ προϋπῆρχον· τὰς δ' ἄλλας πάσας αὐτονόμους εἶναι, τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων Συρακοσίων.*

3) Diod. Sic. XIX, 102.

4) Diod. Sic. XIX, 102 i. f.

5) Diod. Sic. XIX, 108—109.

6) Diod. Sic. XIX, 110.

7) Diod. Sic. XIX, 110, XX, 3.

8) Diod Sic. XX, 31.

runt Xenodocum, quem iusserunt quam maximum sibi adsciscere numerum sociorum. Hic exercitu parato Gelam contendit, quam urbem, noctu a privatis quibusdam hospitibus admissus, occupavit cuiusque incolae Diodoro Siculo teste *προθυμότατα πανδημεὶ συστρατεύοντες ἠλευθέρουν τὰς πόλεις*. Gela occupata Hennaei, legatis missis, urbem suam Agrigentinis dediderunt; inde Xenodocus Herbessum contendit, quam urbem, Carthaginiensium praesidio civium auxilio oppresso, sibi adiunxit. Herbesso exercitum Echetlam duxit, quam urbem nonnulli ex iis quos Agathocles Syracusis reliquerat militibus occupaverant, unde Camarinaeorum Leontinorumque agros populabantur. Echetlam vi cepit et Camarinaeos Leontinosque militum petulantia liberavit. Rebus tam prospere gestis exercitum contra Syracusanos duxit, qui cum Leptine et Demophilo ducibus Xenodoco potestatem sui fecissent tam gravem ei intulerunt cladem, ut magno cum detrimento Agrigentum fugere coactus sit [1]).

Paulo post cum Agathocles ex Africa rediisset nonnullasque ex urbibus quas Xenodocus sibi adiunxerat recepisset [2]), Agrigentini spem principatus abiecisse videntur. Exules tamen Syracusani incepto non destiterunt, nam dux eorum Dinocrates cum ad libertatem conclamasset tantus ex omnibus locis concursus ad eum extitit ut Agathoclem ad proelium lacessere ausus sit. Hic autem viribus cum multo esset inferior hostibus copiam sui non fecit [3]).

Rebus in Africa, ubi Archagathum reliquerat, male gestis tyrannus cum aliquamdiu bellum Leptini administrandum committere cogeretur, eorum qui Dinocrati se adiungebant numerus in diem augebatur. Nihil hanc ob causam Leptines memoratu dignum fecit [4]). Carthaginiensibus interea proelio navali victis [5]) Agathocles bellum in Sicilia conficere constituit, quam ad rem Leptinem in Agrigentinorum belli auctorum fines misit, qui Xenodocum ad proelium lacesseret [6]).

---

1) Diod. Sic. XX, 56.
2) Diod. Sic. XX, 56.
3) Diod. Sic. XX, 57.
4) Diod. Sic. XX, 61.
5) Diod. Sic. XX, 61.
6) Diod. Sic. XX, 62.

Agrigentinis autem Xenodocus, quippe qui partium studiis divisum eos cerneret [1]), non confisus, intra moenia milites tenere suique copiam hostibus non facere praestare ratus, ab adversariis autem ignaviae accusatus, exercitum eduxit proeliumque commisit. Quo proelio victi Agrigentini urbem Leptini dedere et Agathoclis imperio se subicere procul dubio coacti sunt. Xenodocus cum pro cladis auctore haberetur Gelam exulatum abiit [2]). Urbs usque ad tyranni mortem in potestate eius manebat.

Paulo post Agathoclis mortem Syracusis Hicetas, Agrigenti Phintias [3]) quidam tyrannidem occupavit. De hoc tamen quae nobis innotuerunt perpauca tantum sunt. Fines suos in occidentalem insulae partem extendisse videtur, quae causa Hicetam ne nimia tyranni fieret potestas metuentem adduxit ut bellum cum eo iniret. Hoc quidem in bello fortuna favit Hicetae, nam in agro Hyblaeo hostem vicit [4]), sed victoria elatus cum Carthaginienses esset adortus apud Teriam [5]) fluvium gravem accepit cladem, quam occasionem Phintias ad fines suos orientem quoque versus extendendos arripuisse videtur. Novam enim condidit urbem, suum ipsius cui dedit nomen, in qua Gelenses quorum urbs erat diruta collocavit [6]). Sita fuisse videtur haec urbs ubi hodie est oppidum „Licata".

Saeva et superba qua cives oppressos tenebat dominatio in

1) Diod. Sic. XX, 62: Ὁ γὰρ Ξενόδοκος διὰ τὴν γεγενημένην ἧτταν βλασφημούμενος ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων, ἐστασίαζε πρὸς αὐτούς. Παρήγγειλεν (Agathocles sc.) οὖν τῷ Λεπτίνῃ πειρᾶσθαι προκαλέσασθαι τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν μάχην· ῥᾳδίως γὰρ προτερήσειν, ὡς στασιαζούσης δυνάμεως καὶ προηττημένης.

2) Diod. Sic. XX, 62 i. f. . . . φοβηθεὶς τὰς ἐπιφερομένας εὐθύνας καὶ κρίσεις ἀπεχώρησεν εἰς τὴν Γέλαν.

3) Schubringius (Stud. p. 69 sqq.) eum inde ab anno 286° usque ad annum 280um Agrigenti tyrannidem tenuisse verisimile ducit.

4) Diod. Sic. XXII, 2.

5) Diod. Sic. XXII, 2.

6) Diod. Sic. XXII, 2. Κτίζει δὲ Φιντίας πόλιν, ὀνομάσας αὐτὴν Φιντιάδα, Γελῴους ἀναστάτους ὄντας οἰκίσας ἐν αὐτῇ. Ἔστι δ' αὕτη παραθαλάσσιος· Καθαιρῶν τὰ τείχη καὶ τὰς οἰκίας, τοὺς λίθους τῆς Γέλας εἰς τὴν Φιντιάδα μετήνεγκε, κτίσας τεῖχος καὶ ἀγορὰν ἀξιόλογον καὶ ναοὺς θεῶν.

nonnullis urbibus tyranni imperio subiectis seditionem movisse videtur, quae teste Diodoro Siculo aliam eum dominandi rationem instituere et mitiorem se praebere dominum coegit [1]). Quod parum tamen ei profuit. Anno enim 280° a. Chr. n. Hicetas a Thoenone Syracusis erat expulsus. Hic cum Sosistrato, qui praeter Ortygiam totam urbem in sua potestate habebat, de dominatione Syracusarum bellum gerebat [2]), quo bello defessos Syracusanos Carthaginienses sperantes fore ut facile vincerent, urbem obsidione clauserunt [3]). At aliter res cecidit ae speraverant Carthaginienses. Thoenon enim et Sosistratus, cum tantum urbi immineret periculum, legatos miserunt ad Pyrrhum [4]) qui auxilium peterent. Pyrrhus qui adhuc in Italia morabatur Syracusanorum preces non repudiavit; Tarento solvit et Catinam exercitum traiecit, inde classe oram legente Syracusas contendit, qua urbe nullo proelio commisso potitus est. Carthaginienses enim cum regis classe proelium iuire non ausi sunt [5]) et obsidionem reliquerunt.

Syracusas cum venisset Pyrrhus Sosistratum cum Thoenone in gratiam redegit [6]). Pace Syracusis restituta Agrigentum contendit. Hac in urbe Sosistratus, qui complures urbes insulae imperio suo subiecerat [7]), praesidium collocaverat. Non tamen totam urbem in potestate sua habebat, nam arcem Phintias, cui Carthaginienses auxilio venisse videntur, occupaverat. Qui cum eo ipso tempore quo Pyrrhus urbi appropinquabat esset expul-

1) Diod. Sic. XXII, 2.

2) Diod. Sic. XXII, 7. Plut. Vit. Pyrrhi. 23. A Diodoro nominantur: *Θυνίων* et *Σώστρατος*, a Plutarcho *Θοίνων* et *Σωσίστρατος*. Cf. Siefert. o. l. p. 82: Auf einer Münze von Syrakusae findet sich *Σοσισ*, danach wohl: Sosistratos.

3) Diod. Sic. XXII, 8.

4) Diod. Sic. XXII, 7, i. f.

5) Diod. Sic. XXII, 8 . . . *οἱ μὲν Καρχηδόνιοι προαπεσταλκότες τριάκοντα ναῦς διά τινας χρείας ἀναγκαίας, ταῖς καταλελειμμέναις οὐκ ἐτόλμησαν πολεμῆσαι. Διόπερ Πύῤῥος ἀκινδύνως διέπλευσεν εἰς Συρακούσας καὶ παρέλαβε τὴν Νῆσον παρὰ Θυνίωνος, τὴν δ' ἄλλην πόλιν παρὰ Σωστράτου.*

6) Diod. Sic. XXII, 8.

7) Diod. Sic. XXII, 8. Οὗτος (Sosistratus sc.) *δ' ἐκυρίευσεν Ἀκράγαντος καὶ πολλῶν ἄλλων πόλεων, ἔχων στρατιώτας ὑπὲρ τοὺς μυρίους*. Diod. Sic. XXII, 10 . . . *παρέλαβε* (Pyrrhus sc.) *δὲ καὶ τριάκοντα πόλεις ὧν ἦρχε Σώστρατος.*

sus Agrigentini, metuentes ne tyrannus rediret, statim ad Pyrrhum legatos miserunt qui nuntiarent tyrannum esse expulsum et Agrigentinos constituisse urbem suam Pyrrhi fidei committere. Itaque Agrigentum cum venisset urbem Pyrrhus a Sosistrato accepit [1]).

Phintias an redierit incertum est. Etiam quem vitae exitum habuerit prorsus ignoramus. Ex somnio eius, quod tradit Diodorus Siculus [2]), nonnulli efficiunt morbo eum non periisse. Holmio somnium originem suam debere videtur apro qui in nummis tyranni conspicitur [3]).

Pyrrhus cum Siculis in odium venisset [4]), anno 276° a. Chr. n. in Italiam traiecit. Inde ab hoc anno usque ad initium primi belli Punici de fatis urbis nihil traditum invenimus.

IV.

Post pacem ab Hierone cum Romanis factam [5]) Agrigentini cum Carthaginiensibus foedus inierunt, qui magno conducto numero militum exercitum Agrigentum traiecerunt, teste Polybio

---

1) Diod. Sic. XXII, 10. Ὁ Πύῤῥος τὰ κατὰ Συρακόσας καὶ Λεοντίνους (cf. XXII, 8, i. f.) καταστησάμενος μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὴν Ἀκράγαντα προῆλθεν. Ὄντος δ' αὐτοῦ περὶ τὴν ὁδοιπορίαν, ἧκον ἐν ναυσὶ λέγοντες τὴν φρουρὰν τὴν Καρχηδονίων ἐκβεβληκέναι ἣν εἶχον ὅπως μὴ Φιντίας δυναστεύσῃ αὐτῶν, λέγοντες τὴν πόλιν παραδώσειν καὶ συμμάχους γενέσθαι. Αὐτοῦ δ' ἀναλαβόντος τὴν στρατιάν, εἰς Ἀκράγαντα παραγενόμενος, τὴν μὲν πόλιν ἔλαβε παρὰ Σωστράτου καὶ τοὺς στρατιώτας, πεζοὺς μὲν ὀκτακισχιλίους; ἱππέας δ' ὀκτακοσίους, πάντας δ' ἐπιλέκτους οὐδὲν ἀπολειπομένους τῶν Ἠπειρωτῶν.

2) Diod. Sic. XXII, 7: Ὅτι Φιντίας ὁ Φιντιάδος κτίστωρ, Ἀκράγαντος τύραννος εἶδεν ὄναρ δηλοῦν τὴν τοῦ βίου καταστροφήν, ὗν ἄγριον κυνηγοῦντος ὁρμῆσαι κατ' αὐτοῦ τὴν ὗν καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ τοῖς ὀδοῦσι πατάξαι καὶ διελάσαντα τὴν πληγὴν κτεῖναι.

3) Holm. o. l. II, p. 279. Siefert. o. l. p. 83: Nach den Münzen, welche wir von ihm besitzen, zu urtheilen scheint er ein grosser Jäger gewesen zu sein. Sie führen allen einen Jagdhund oder ein Sau auf dem Avers.

4) Plut. Vit. Pyrrhi 23 Holm. o. l. II, p. 283 sqq.

5) Polyb. I, 16.

ὁρμητηρίῳ κρίνοντες χρῆσθαι ταύτῃ τῇ πόλει πρὸς τὸν πόλεμον [1]). L. Postumius itaque et Q. Mamilius consules anni 262ⁱ, cum maximi fore momenti possessionem huius urbis intelligerent, copiis traiectis, statim toto cum exercitu Agrigentum contenderunt [2]) et castris intra octo stadia ab urbe positis [3]) urbem obsidere coeperunt. Initio obsidionis nihil fere memoratu dignum fiebat. Saepius quidem repellebant Romani Agrigentinos et Carthaginienses qui ut hostes frumentationibus prohiberent eruptiones faciebant [4]), ipsa autem obsidio cum nihil procederet Romani duces aliam ingredi viam constituerunt. Exercitum in duas diviserunt partes, quarum altera maneret [5]) in planitie quae patet ab urbe meridiem versus, altera castra ab urbe occidentem versus poneret. Occidentalia castra cum meridionalibus duobus coniunxerunt fossis [6]); spatium quod inter has fossas intererat castellis muniverunt. Frumentum aliaeque res ad bellum necessariae Herbessum congerebantur [7]).

Per quinque fere menses [8]) res in eodem manebant statu. Sexto frumentum in urbe deficere coepit [9]), quam ob rem Hannibal, Carthaginiensium dux saepius legatos mittebat Carthaginem, qui auxilium rogarent. Carthaginienses exercitum in

---

1) Polyb. I, 17. *Ὁρῶντες δὲ τὴν τῶν Ἀκραγαντίνων πόλιν εὐφυεστάτην οὖσαν πρὸς τὰς παρασκευὰς καὶ βαρυτάτην ἅμα τῆς αὐτῶν ἐπαρχίας, εἰς ταύτην συνήθροισαν* (Carthaginienses sc.) *τά τε χορήγια καὶ τὰς δυνάμεις.*

2) Polyb. I, 17.

3) Polyb. I, 17. Romanos castra in planitie ab urbe meridiem versus posuisse, (cui adhuc est nomen „Campo Romano". Siefert. o. l. p. 83), apparet e verbis Polybii I, 18 . . . *τῷ μὲν ἑνὶ περὶ τὸ πρὸ τῆς πόλεως Ἀσκληπιεῖον ἔμενον.*

4) Polyb. I, 17.

5) Polyb. I, 18 . . . *διελόντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων εἰς δύο μέρη τὴν δύναμιν τῷ μὲν ἑνὶ περὶ τὸ πρὸ τῆς πόλεως Ἀσκληπιεῖον* (quod erat in planitie ab urbe meridiem versus) *ἔμενον, θατέρῳ δὲ κατεστρατοπέδευσαν ἐν τοῖς πρὸς Ἡράκλειαν κεκλιμένοις μέρεσι τῆς πόλεως.*

6) Polyb. I, 18 . . . *καὶ τὴν μὲν ἔντος αὐτῶν τάφρον προεβάλοντο χάριν τῆς πρὸς τοὺς ἐξιόντας ἐκ τῆς πόλεως ἀσφαλείας, τὴν δ' ἐκτὸς αὐτῶν περιεβάλοντο φυλακὴν ποιούμενοι τῶν ἔξωθεν ἐπιθέσεων καὶ τῶν παρεισάγεσθαι καὶ παρεισπίπτειν εἰωθότων εἰς τὰς πολιορκουμένας πόλεις,*

7) Polyb. I, 18.

8) Polyb. I, 18.

9) Praeter cives LVI milia Carthaginiensium in urbe erant.

Siciliam miserunt et Hannonem, alterum in insula ducem iusserunt quam celerrime Hannibali auxilium ferre [1]). Hannoni fortuna favit; Herbessum enim dolo cepit, qua urbe capta mox Romanos fames premere coepit. Pestilentia insuper eorum castra invadente nonnullis praestare videbatur obsidionem relinquere, quod tamen ne fieret prohibuit Hiero frumentum Syracusis Agrigentum transportandum curans [2]).

Post Herbessum captam Hannonis iussu equites Numidici Romanorum castra quae ab urbe occidentem versus erant aggressi hostium equites ad pugnam lacessiverant fugamque simulantes in insidias quas iis collocaverat Hanno induxerant multosque occiderant, qua clade Romanis illata Hanno in monte Toro (Monserrato) castra posuerat. His in castris per duos fere menses reses tempus trivisse videtur [3]). Fame interea magis magisque obsessos premente multisque ad hostes transeuntibus [4]), Hanno per legatos et per ignes in arce editos de angustiis in quibus urbs versaretur certior factus, urbem obsidione liberare tandem consilium cepit; exercitum itaque e castris eduxit et hostibus potestatem pugnandi fecit. At fortuna ei adversa erat, nam proelio facto victores discesserunt Romani; plerique Carthaginienses caesi sunt, pauci tantum Heraeleam fugerunt [5]).

Post cladem Hannoni illatam Hannibal cum nullam spem salutis superesse intelligeret media nocte cum Carthaginiensibus et mercenariis urbem reliquit. Romani cum gaudio victoriae elati neglegentius vigilias agerent, hostium e manibus elapsus est [6]).

Prima luce Romani cum animadvertissent quod factum esset paulisper fugientes hostes insecuti Agrigentum nullo resistente occupaverunt. Urbem diripuerunt et plus viginti quinque milia

---

1) Polyb. I, 18.
2) Polyb. I, 18, i. f.
3) Polyb. I, 19.
4) Polyb. I, 19.
5) Polyb. I, 19.
6) Polyb. I, 19.

hominum in servitutem abduxerunt [1]), (anno 262° a. Chr. n.).

Agrigento expugnato multas alias urbes insulae imperio suo subiecerunt, inter quas etiam fuisse Camicum, *Φρούριον Ἀκραγαντίνων*, tradit Diodorus Siculus [2]). Carthaginienses trans Halycum fluvium reppulerunt.

Inde ab anno quo a Romanis capta est usque ad annum 255um a. Ch. n. urbs Romanorum imperio subiecta erat.

Hoc enim anno, post cladem quam Regulus accepit et naufragium quod fecit classis Romana, Carthalo Carthaginiensium dux Agrigentum rursus obsidione clausit et expugnavit. Urbem incendit et moenia destruxit [3]). Ingentem Carthalo edidit caedem, pauci tantum in templum Iovis perfugerunt, quorum vitae pepercerunt Carthaginienses. Urbem tamen non omnibus quibus abundabat opibus privasse videtur Carthalo, nam paulo post Gallorum turbam, quos praesidio Carthaginienses in urbe collocaverant, Agrigentum denuo diripuisse legimus apud Polybium [4]).

Pace anno 241° a. Chr. n. facta Agrigentum sicut aliae Siciliae urbes Romanorum subiecta erat potestati. Per tres et viginti annos qui sequuntur latet urbis historia. Bello Punico secundo urbs fidem erga Romanos servavit et, teste Silio Italio [5]), duce Grospho equites auxilio iis misit. Anno autem 214° a. Chr. n. Himilco, ingenti exercitu ad Heracleam Minoam exposito, „intra paucos inde dies Agrigentum recepit" [6]), quo frustra Marcellus

---

1) Polyb. I, 19, i. f. Diod. Sic. XXIII, 9. Secundum Diodorum sex menses Romani Agrigentum obsederunt, secundum Polybium septem, cf. I, 18. *πέντε μὲν οὖν ἴσως μῆνας ἐπὶ τῶν αὐτῶν διέμενον*, I, 19: *καὶ δύο μὲν μῆνας ἔμενον ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων*. Cf. Siefert. o. l. p. 84: So fiel Akragas nach fast siebenmonatlicher Belagerung zu Ende des Jahres 262. (Diod. Sic. XIII, 9 hat ἓξ *μῆνας*; nach der Berechnung des Polybios sind es sieben; von Juni (*ἀκμαζούσης τῆς τοῦ σίτου συναγώγης*) bis December (*ὕπατοι διὰ τὸν χειμῶνα ἀνεχώρησαν*). Polyb. I, 17, 19.

2) Diod. Sic. XXIII, 9.

3) Diod. Sic. XXIII, 18.

4) Polyb. II, 7. Quo anno facta sint quae narrat Polybius I, 43, incertum est. Scribit Polybius l. l.: *ὁ δ' Ἀχαιὸς Ἀλέξων, ὁ καὶ τοῖς Ἀκραγαντίνοις κατὰ τοὺς ἐπάνω χρόνους αἴτιος γενόμενος τῆς σωτηρίας, καθ' ὃν καιρὸν ἐπεβάλοντο παρασπονδεῖν αὐτοὺς οἱ τῶν Συρακοσίων μισθοφόροι, καὶ τότε κτέ*. Schubring. o. l. p. 75—76.

5) Sil. Ital. XIV, 211.

6) Liv. XXIV, 35.

ut hostem praeveniret festinanter tedenderat. Post Syracusas a Marcello captas plerisque urbibus insulae Romanis se dedentibus, Agrigentum Carthaginiensium in potestate manebat.

Praeerant tunc urbi tres duces, Epicydes, Hanno, Muttines. Muttini, teste Livio [1]), „ab Epicyde et Hannone Numidae dati auxiliares, cum quibus ita pervagatus est hostium agros, ita socios ad retinendos in fide animos eorum ferendo in tempore cuique auxilium adiit, ut brevi tempore totam Siciliam impleret nominis sui nec spes alia maior apud faventis rebus Carthaginiensium esset. Itaque inclusi ad <id> tempus moenibus Agrigenti dux Poenus Syracusanusque non consilio Muttinis quam fiducia magis ausi egredi extra muros ad Himeram amnem posuerunt castra. Quod ubi perlatum ad Marcellum est, extemplo copias movit et ab hoste quattuor ferme milium intervallo consedit, quid agerent pararentve, expectaturus. Sed nullum neque locum neque tempus cunctationi consiliove dedit Muttines, transgressus amnem ac stationibus hostium cum ingenti terrore ac tumultu invectus. Postero die prope iusto proelio compulit hostes intra munimenta. Inde revocatus seditione Numidarum in castris facta, cum trecenti ferme eorum Heracleam Minoam concessissent, ad mitigandos revocandosque eos profectus magno opere monuisse duces dicitur, ne absente se cum hoste manus consererent. Id ambo aegre passi duces, magis Hanno, iam ante anxius gloria eius: Muttinem sibi modum facere, degenerem Afrum imperatori Carthaginiensi misso ab senatu populoque! Is perpulit cunctantem Epicyden, ut transgressi flumen in aciem exirent: nam si Muttinem opperirentur, et secunda pugnae fortuna evenisset, haud dubie Muttinis gloriam fore. Enimvero indignum ratus Marcellus se, qui Hannibalem subnixum victoria Cannensi ab Nola reppulisset, his terra marique victis ab se hostibus cedere, arma propere capere milites et efferri signa iubet. Instruente exercitum decem effusis equis advolant ex hostium acie Numidae nuntiantes populares suos, primum ea seditione motos, qua trecenti ex numero suo concesserint

1) Liv. XXV, 40.

Heracleam, dein quod praefectum suum ab obtrectantibus ducibus gloriae eius sub ipsam certaminis diem ablegatum videant, quieturos in pugna. Gens fallax promissi fidem praestitit. Itaque et Romanis crevit animus nuntio celeri per ordines misso, destitutum ab equite hostem esse, quem maxime timuerant, et territi hostes, praeterquam quod maxima parte virium suarum non iuvabantur, timore etiam incusso, ne ab suomet ipsi equite appugnarentur. Itaque haud magni certaminis fuit <proelium>; primus clamor atque impetus rem decrevit. Numidae cum in concursu quieti stetissent in cornibus, ut terga dantes suos viderunt, fugae tantum parumper comites facti, postquam omnes Agrigentum trepido agmine petentes viderunt, ipsi metu obsidionis passim in civitatis proximas dilapsi. Multa milia hominum caesa, capta <sex milia> et octo elephanti. Haec ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. Victor inde Syracusas rediit".

Per breve tantum temporis spatium Agrigentum in Carthaginiensium potestate manebat, nam anno iam quarto post Himilconis adventum Laevinus consul copias Agrigentum duxit et urbem obsidere coepit. Muttines autem, ut narrat Livius, „per totam Siciliam vagus praedas agebat ex sociis Romanorum neque intercludi ab Agrigento vi aut arte ulla nec, quin erumperet ubi vellet, proheberi poterat" [1]), quo factum est ut, Hanno quamquam erat Carthaginiensium imperator, omnem in Muttine Numidisque spem repositam haberent. „Haec Muttinis gloria, (idem est qui narrat auctor) [2]) quia iam imperatoris quoque fama officiebat, postremo in invidiam vertit, ut ne bene gestae quidem res iam Hannoni propter auctorem satis laetae essent. Postremo praefecturam eius filio suo dedit, ratus cum imperio auctoritatem quoque ei inter Numidas erepturum, quod longe aliter evenit: nam veterem favorem eius sua insuper invidia auxit, neque ille indignitatem iniuriae tulit confestimque ad Laevinum occultos nuntios misit de tradendo Agrigento. Per quos ut est facta fides compositusque rei gerendae modus,

1) Liv. XXVI, 40.
2) Liv. XXVI, 40.

portam ad mare ferentem Numidae cum occupassent pulsis inde custodibus aut caesis, Romanos ad <id> ipsum missos in urbem acceperunt. Et cum agmine iam in media urbis ac forum magno tumultu iretur, ratus Hanno non alius quam tumultum ac secessionem, id quod et ante acciderat, Numidarum esse ad comprimendam seditionem processit. Atque ille, cum ei multitudo maior quam Numidarum procul visa, et clamor Romanus haudquaquam ignotus ad auris accidisset, priusquam ad ictum teli veniret, capessit fugam. Per aversam portam [1]) emissus adsumpto comite Epicyde cum paucis ad mare pervenit, nactique opportune parvum navigium, relicta hostibus Sicilia, de qua per tot annos certatum erat, in Africam traiecerunt. Alia multitudo Poenorum Siculorumque ne temptato quidem certamine cum caeci in fugam ruerent, clausique exitus essent, circa portas caesa. Oppido recepto Laevinus, qui capita rerum Agrigenti erant, virgis caesos securi percussit, ceteros praedamque vendidit; omnem pecuniam Romam misit". Gravem igitur urbi poenam inflixit consul, non tamen eam delevisse videtur. Quod ad Muttinem, factus hic est civis Romanus [2]).

V.

Sicilia subiecta, mox etiam ipsa Carthagine devicta, Agrigentinis libertatis recuperandae nulla spes superesse potuit. Nihil posthac antiqua eorum civitas erat nisi una ex permultis Graecis quas Roma imperio suo subiecerat urbibus. Nec mirum igitur perpauca tantum ad nos de urbis historia inde ab eo tempore quo Romanorum adiuncta erat imperio pervenisse.

Antiquas leges et instituta Romanos non sustulisse e decreto de quo supra sermo erat, apparet. Urbes Siciliae suis utebantur legibus, ceterum praetoris erant obnoxiae iurisdictioni. Quattuor in insula erant genera urbium: Civitates foederatae civium

---

1) Verisimile est Hannonem per portam arcis occidentalem effugisse. Cf. Schubring. O. l. p. 23—24.

2) Liv. XXVII, 5.

Romanorum, civitates sine foedere liberae et immunes, civitates decumanae, civitates censoriae [1]). Agrigentinorum urbs inter civitates decumanas erat [2]). Civium erant duo genera; legimus enim apud Ciceronem [3]): „Agrigentini Scipionis leges antiquas habent, in quibus et illa eadem [4]) sancta sunt et hoc amplius: Cum Agrigentinorum duo genera sint, unum veterum alterum colonorum, quos T. Manlius praetor ex senatus consulto de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum, cautum est in Scipionis legibus, ne plures essent in senatu ex colonorum numero quam ex veterum Agrigentinorum". Pro T. Manlius legendum videtur „C. Mamilius"; anno enim 207° a. Chr. n. C. Mamilius praetor erat Siciliae [5]). Paulo post, anno 205° a. Chr. n. Scipio consul in insula bellum contra Carthaginem parans „ne plures essent in senatu ex colonorum numero quam ex veterum Agrigentinorum" decrevisse videtur. Novi coloni qui fuerint incertum est. Mommsenius verba „de oppidis Siculorum" cum „senatus consulto", esse coniungenda novosque colonos pro „colonia Latina" esse habendos putat, fretus nummis aeneis in quibus vox „Agrigentum" legitur, unde efficit incolas Latinos Agrigenti praevaluisse [6]). Contra Schubringius verba „de oppidis Siculorum" cum voce „deduxit" coniungenda esse perhibet. Novi coloni huius opinione Σικελιῶται erant, „obgleich es hart ist „de oppidis Siculorum" zu „deduxit"

1) Schubring. o. l. p. 78.
2) Cic. Verr. III, 103.
3) Cic. Verr. II, 123.
4) Cf. Cic. Verr. II, 122: Decrevit senatus honorifico senatus consulto ut eis (Halaesinis sc., cum haberent inter se controversias de senatu cooptando) C. Claudius Appii filius Pulcher praetor de senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius . . . Halaesinis leges dedit; in quibus multa sanxit *de aetate hominum ne qui minor triginta annis natus, de quaestu, quem qui fecisset, ne legeretur*, de censu, de ceteris rebus.
5) Schubring. o. l. p. 77. Liv. XXVII, 36.
6) Schubring. o. l. p. 77. Er (Mommsen sc.) zieht . . . de oppidis Siculorum zu senatus consulto, was grammatisch aüsserst ansprechend ist, und wird understützt durch die Bronzemünzen mit der lateinischen Aufschrift Agrigentum, welche er in der Geschichte des römischen Münzwesens aus Torremuzza und Eckhel citirt. Denn obgleich die Bezeichnung colonia fehlt, so erhellt doch, dass das latinische Element die Oberhand erhalten hatte.

zu ziehen und obgleich es schwer zu denken ist, dass für eine Verpflanzung einiger Familien aus andern sicilischen Städten nach Agrigent ein Senatus consultum und eine lex nöthig waren". Cicero autem cum Agrigentum inter civitates decumanas nominet [1]), „was mit einer Lateinischen Colonie unverträglich ist", et novos colonos cum veteribus Agrigentinis in senatu fuisse ex loco Ciceroniano appareat „was unmöglich wäre wenn die einen Latiner, die andern Griechen waren", Mommsenii opinio quin falsa sit non dubitat Schubringius. Praeterea e Cic. Verr. II, 125 apparet P. Rupilium novos colonos deduxisse Heracleam similesque leges de cooptando senatu et de numero veterum ac novorum senatorum dedisse. Heracleam coloniam Latinam numquam fuisse constat, quare etiam Agrigentum coloniam Latinam non fuisse Schubringius persuasum sibi habet [2]).

Agrigentum Romanorum imperio subiectum urbs erat aliquanti momenti. Conventus in urbe agebantur [3]), multi cives Romani „coniunctissimo animo" cum ipsis Agrigentinis in urbe vivebant et negotiabantur [4]), cuius ex emporio, quod memorant Strabo [5]) et Ptolemaeus [6]), fruges quas fertilissimi Agrigentinorum agri efferebant exportabantur. Agricultura enim denuo floruit [7]), frumentum Centoripinorum et Agrigentinorum Verres probavit [8]), Cicero Agrigentinos diligentissimos appellat aratores [9]). In nummis qui tempori quo Romanorum imperio erat subacta urbs adscribendi sunt, calami conspiciuntur et aratrum [10]).

Usque ad Augusti aetatem Agrigentum in nobiliorum insulae urbium numero erat. Suspicatur Schubringius [11]) „dass Agri-

---

1) Cic. Verr. III, 103.

2) Schubring. o. l. p. 77: Daher ist denn auf den Ausdruck societas, den Cicero einmal (Verr. IV, 93) über das Verhältniss zwischen Agrigenti und Rom gebraucht nicht viel zu geben.

3) Cic. Verr. II, 63.

4) Cic. Verr. IV, 93, II, 153.

5) Strab. p. 272, p 226.

6) Ptolem. geogr. (ed. Muller) I, p. 895, 896.

7) Cic Verr. III, 18, 73, 78.

8) Cic. Verr. III, 180.


9) Cic. Verr. III, 103.

10) Schubring. o. l. p. 78.

11) Schubring. o. l. p. 77. . . gleichwohl ist *wegen jener Münze* anzunehmen dass Agrigentum *einmal* Latinisch colonisirt worden ist".

gentum einmal latinisch colonisirt worden ist", quod tamen quando sit factum incertum est. Plinius autem cum Agrigentum numquam „coloniam" vocet, existimat idem id post Plinii aetatem factum esse. Per multa deinde saecula nihil de urbe traditum invenimus. Tempore demum quo Saraceni insula potiti sunt, nomen urbis redit. Anno 828° p. Chr. n. Agrigentini necessitate coacti urbem Saracenis dediderunt, quorum in potestate usque ad annum 1086um manebant. Hoc enim anno Roger I Saracenis expulsis urbe potitus est. Inde ab hoc tempore cum historia totius insulae fata urbis arctissime cohaerent, quae autem tractare non est huius libelli.




AS.
GENTI
Öffentlicher
Garten
Kirchhof
Rupe Atenea Aedicula
d Akragas
S. Leonardo

THESES.

I.

Errant qui nisi verbis scholiastae ad Pindari Carm. Ol. III, 68: *Τηλέμαχος γάρ τις καταλύσας τὴν Φαλάριδος τυραννίδα ἐν Ἀκράγαντι τὴν βασιλείαν ἐκτήσατο,* Phalaridis successorem regem fuisse perhibent.

II.

Suspicatur Holmius (o. l. I, p. 152) Phalarin complures Siciliae urbes potestati suae subiecisse quo facilius periculum omnibus insulae incolis a Carthaginiensibus imminens propulsaret. Hac in re Holmio non est assentiendum.

III.

Xenophon inimicus Thibronis fuit.

IV.

Errat Duris, vel potius male citat eius verba Stephanus Byzantinus, Syracusanorum urbem nomen a fluvio traxisse scribens (cf. Steph. Byz. s. v. *Ἀκράγαντες*).

V.

Xenoph. Anab. I, 4, 14:
ἐγὼ οὖν φημὶ ὑμᾶς χρῆναι διαβῆναι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν πρὶν δῆλον εἶναι ὅ, τι οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἀποκρινοῦνται.
Expungendum est vocabulum *Εὐφράτην*.

VI.

Xenoph. Anab. I, 7, 1:
ἐδόκει γὰρ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἕω ἥξειν βασιλέα σὺν τῷ στρατεύματι μαχούμενον.
Eiciendum est vocabulum *μαχούμενον*.

VII.

Soph. Aiax. 670:

. . . . τοῦτο μὲν νιφοστιβεῖς
χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει·
ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανὴς κύκλος
τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν.

Pro *κύκλος* cum Nauckio legendum est *σκότος*, pro *φλέγειν* *φέρειν*.

VIII.

Lucian. Dial. Mort. XXII (ed. Sommerbrodt).

MEN. *Καὶ μὴν τῷ ξύλῳ σου πατάξας παραλύσω τὸ κρανίον.*

Pro *παραλύσω* legendum est: *διαθρύψω*.

IX.

Iuven. Sat. I, 3, 69—78 (ed Weidner):

Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis
Esquilias dictumque petunt a vimine collem,
viscera magnarum domuum dominique futuri.
ingenium velox, audacia perdita, sermo
promtus et Isaeo torrentior. ede quid illum
esse putes. quemvis hominem secum attulit ad nos:
grammaticus rhetor geometres pictor aliptes
augur schoenobates medicus magus, omnia novit
Graeculus esuriens; in caelum iusseris ibit.

Pro: ede, quid illum esse putes., legendum est: ede, quid illum esse iubes?

X.

Iuven. Sat. IV, 10, 204:

. . . . nam coitus iam longa oblivio.

Propono: iam coitus quoque longa oblivio.

XI.

Caes. B. G. I, 26:
Diu cum esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt.

Pro castrisque legendum est: carrisque.

XII.

Iuven. Sat. I, 2, 78—82:

....dedit hanc contagio labem
et dabit in plures, sicut grex totus in agris
unius scabie cadit et porrigine porci
uvaque conspecta livorem ducit ab uva.

Conspecta mutandum est in contacta.

XIII.

Ten onrechte beweert Zeller (Die Philosophie der Gr. I, p. 41—46) dat het begrip orthodoxie in Griekenland onbekend bleef.

CORRIGENDA.

Pag. 17,	vs. 27	munitam	lege:	munita.
„ 20,	„ 6	inveninus	„	invenimus.
„ 23,	„ 10	παρανόμως	„	παρανόμοις.
„ 23,	„ 12	τοὺς δὲ εἰς	„	τοὺς δὲ καὶ εἰς.
„ 29,	„ 5	νᾶον	„	ναὸν.
„ 33,	„ 24	νέως	„	νεὼς.
„ 34,	„ 19	quos	„	quas.
„ 35, adn. 1	„ 4	τυὺς	„	τοὺς.
„ 48,	„ 3	römischen	„	römischer.
„ 55,	„ 18	populi	„	populo.
„ 55, „ 7	„ 2	dorisehen	„	dorischen.
„ 59,	„ 13	Eodem	„	Eadem.
„ 62, „ 2	„ 6	Manern	„	Mauern.
„ 62, „ 3	„ 9	„	„	„
„ 64,	„ 19	coepit	„	coeperit.